qꝫ mirabatur: ſed potius mentem bo-
nam tanquam ſeniorem literarum: qua-
rum tamen inuentorem iure laudabat.
Fuit autem precipue clementiſſimus ca
ſtus: fortis: gratus colloquentibus: ſine
vlla triſtitia: et licet qui cum eo diſputa-
rent certatine queſtiōes inferrent: tamē
more ſolito ſapienter et diſciplinabili-
ter creſcentē ſedabat ſepe ꝯtentionem: ⁊
ad menſuram debitā protinus transfere
bat. Loquentiumqꝫ ſibi ſtrepitum tēpe-
rabat: eorūqꝫ mores veluti quadā regula
cōponebat. Tantiſqꝫ itaqꝫ ꝟtutibus diui
na ꝓuidentia redundās eū futura ꝓſcire
nō eſtimabat eſſe ꝟtutē: ⁊ propterea nec

laborandū inaniter circa talia ſuadebat quando nec ignorantem futura pene ſuccumbere: nec ſcientem ꝓpterea ſanctum eſſe declarabat. Uerā nāq beatitudinē in cultura dei ⁊ legum eius obſeruatione dicebat. Si cui autē hec eſſet cura docebat vt purgaret animam quo poſſet inſpicere ⁊ futurorum notitiam poſſidere: deo videlicet preſciētiam declarante. Uacare aūt nec ipſe patiebatur/⁊ bene victurum ſemper operari precipiebat: ac ſemetipſum diſcutere ⁊ ſecū ponere rōnem eorum que geſſit die noctuq: ſi quid aūt indecens ageret conſcriberet vt decetero parceret in delicto ſemetipſum ſcilꝫ erubeſcens ſi plurima ſui delicta comperiſſet ſimul etiam metuens ne per conſcriptionis indiciū fieret alijs manifeſtus. Erat enim laborioſus ⁊ maxime pro ſolatijs oppreſſorū quis etenim alter ſic ferventiſſime fuit ſtudioſus: quorū gratia ſepe veniebat ad ciuitates. Plurimi nāq vi compellente cogebant eum legatione fungi apud iudices et magiſtratus: quorum ſinguli vel videre eum iudicabant nimis egregium loquentem audire ⁊ precipienti parere glorioſum. qui cū talis eſſet ſtudebat tamen ignorari ⁊ latere per heremū. Si vero neceſſitate faciēte veniſſet in ciuitatem depoſito negotio pro quo venerat ad deſertum continuo reuertebatur. Piſces nāq dicebat per humectā nutriri ſubſtantiā. Monachis autem ornatum fore ſolitariam vitam. Et ſicut illi terre tactu tabeſcunt ſic gloria monachorū ad vrbes accedendo ſedatur. Obedientem vero ſe gratūq conſpicientibus exhibebat. Studebat nāq vt neq haberet tumentē ſuperbiāq naturam nec putaret huiuſmodi. Sed hec q̄dem pauca virtutum antonij dicere ſum compulſus. vt tanti viri per hec exempla conſideremus philoſophiam. Plurimos autem atq probatiſſimos auditores habuit. quorū alij quidem in egypto ⁊ libia. alij vero in paleſtina ⁊ ſyriaca ⁊ arabia claruerunt. ⁊ vnuſquiſq eorum nō minus ſe q̄ doctor apud quos eſt commoratus exercuit. Multoſq docuit et ad ſimilem virtutem philoſophiāq perduxit ita vt quorundam hic labor eſſet circuire per ciuitates ⁊ per prouincias vel per agros: et diligenter antonij diſcipulos eorumq requirere ſucceſſores. Sed quomodo poterant inueniri facile quibus erat ſtudium diligentiſſimū ſuam vitam latere: ⁊ non ſicut plurimi nūc hominum elati per gloriam ſemetipſos exponant ⁊ cunctis inſinuent. ¶ Fuerunt itaq probatiſſimi diſcipuli quos percepimus antonij alij quidem multi: necnō ⁊ paulus appellatione ſimplex. Hunc aiunt cū ruſticus eſſet bona ſpecie cōiugem habuiſſe: ⁊ eā in ipſo facinore adulterij dephenſam tacite ſubriſiſſe: ⁊ iureiurando firmaſſe nūq̄ ſe cum ea eſſe miſcendū. Tū ad adulterum habe inquit eam. Et repente diſceſſit ad heremum apud antonium. Dicunt eum enim manſuetiſſimū ⁊ patientem valde fuiſſe. Deniq cum iam ſenex eſſet ⁊ ad vitam monachice perdurationis inſuetus: omnibus eū antonius experimentis exercēs: in nullo inuenit inferiorem: perfecteq eum philoſophie eſſe teſtatus ſeorſum precepit habitare tanq̄ non egentē doctore. Confirmabat autē dñs antonij teſtimoniū ⁊ operibus oſtendebat virū eſſe glorioſum ipſoq ſeductore ſuperiorē atq ad affligēdos ⁊ expellēdos demones preparatum. ¶ Circa hoc itaq tēps philoſophabat ⁊ amonius egyptius de quo ſermo fertur qꝫ cogentibus parētibus duxiſſet vxorem: nec tñ cā fuiſſet expertus. In principio namq nuptiarum ſponſam tanq̄ ſponſus in thalamo percipiens: ⁊ ſolus cum ea remanens ait. Nuptie quidem o mulier noſtre: vſq ad hoc celebrate ſunt tempus: et quale bonum ſit poſſe virginem permanere. et ſacris edocebat literis: ac ſeorſū ſolus manere tentabat. Sed quoniā de virginitate quidē ſermones virgo laudauerat: diuidi aūt ab eo graue iudicabat: in alio cubiculo dormiens annis decem ⁊ octo cum ea manſit: neq tunc a monachica abſtinentia ſe ſuſpendēs. Interea mulier viri zelata virtutem: eſtimauit non eſſe iuſtam tantum virum domi celari ꝓpter ſe: ſed oportere potius ſeorſū vtrunq philoſophari ⁊ ob hoc ſupplicauit viro. At ille gratias agēs deo ꝓ huiōi cogitatione mulieris: tu inquit hāc habe domū

be domū ego mihi altaȝ fabricabo. Et in meridianam partē deſerti ſtagni Marie veniēs circa locuȝ ſcithi ad monteȝ quid dicitur nitrie duob⁹ ꝛ viginti annis vbi philoſophat⁹ eſt ānis ſingulis viſitans ſecūdo mulierem. Huius itaqȝ ſacratiſſimi principis tēpore horum monaſteriorum multi fuerunt dignıqȝ diſcipuli ſicut ſucceſſiones oſtēdūt: plurımaqȝ venerāda ꝑ eū ꝓuenerunt q̄ ꝓcipue apud egyptios monachos pfecteqȝ ſeruantur. Nā cū maxima diligentia ꝑ ſucceſſioneȝ traditionis alterutre curant virtutes antiquorū memorie tradere monachorū: ſȝ a me illi memorādi ſunt qui ad nos vſqȝ peruenerunt. Contigit igitur huic viro et theodoro eius diſcipulo euntibus aliqñ tranſire flumē quod dicunt lycū: ne vero ſe alteruter nudum videret iuſſit Amonius vt recederet theodorus. Cumqȝ etiā ſemetipſum erubeſceret nudū intueri: repente diuina virtute tranſlatus eſt ad vlteriorem ripam. Tranſiens vero theodorus aquam ꝛ videns nec veſtem eius nec pedes infuſos ſupplicabat ſeni vt ei cauſaȝ rei depromeret. Cūqȝ ille dicere refutaret: ille vero non aliter ſe properaturū: niſi cognoſceret: ꝓmittēte theodoro nulli ſe eo viuorē fore dicturū / confeſſus eſt quod euenit. Proximuȝ vero miraculum huic quoqȝ rei cōtigit quod narrabo. Iniuſti parētes alicuius a cane rabido ꝑcuſſum filiū ꝛ pene moriturū obtulerunt ei. ꝛ eiulantes deprecabātur vt curaretur. Tum ille ad eos. Non eget inquit mea curatione: ſed vos ſi vultis reddere bouem quē rapuiſtis dominis ſuis / egrotus repente ſanabitur: quod etiam contigit. Naȝ vt reſtitutus eſt bos: paſſio mox receſſit a puero. Quando autē amonius iſte moriebatur dicitur Antoniuȝ vidiſſe animam eius in celum ferri: diuinis poteſtatib⁹ cū pſalmodia precedentibus eam ꝛ cōſulētibuſqȝ eis qui circa eum erant cauſam huius miraculi abſcondit. Sciebant enim quoniā aerem intēto obtutu reſpiciens cum ſtupore miraculi cuiuſpiam reſpiceret viſionem. Cūqȝ veniētes poſtea quidam de Scithia nuntiaſſent horam viſionis Antonij: et conueniſſet cum tranſitu illius viri beatificauerunt ambos illum quidē: quia ad manifeſta bona tranſiſſet: illum vero quia tantam a longe meruiſſet cernere viſionem. Multorū enim dierum iter eſt locorū medio poſitorum quo degebat alteruter. Et hec quidem ita relata ſunt. In hoc itaqȝ preſulatu audiui probatiſſime philoſophatum Eutichianuȝ qui in Bithinia circa olympum morabatur.

¶ Erat quippe gratia diuina replet⁹: ad curationes paſſionū et miracula rerum et operū: ita vt ipſi Conſtātino propter virtutē vite amicus eſſet. Ille ſiquidem tempore vinctus quidā ſpatari⁹ quē in ſuſpitionē venerat: quaſi aſſumpta tyrannide fugit: ꝛ requiſitus circa olympū comprehenſus eſt: rogātibus neceſſarijs eius Euthicianum: vt pro eo apud principem legatione fungeretur. Prius inquit prouidēdū eſt: vt is homo liberetur a vinculis, ne crudeliter coſtrictus intereat. Tunc dicit̄ ad vinculorū direxiſſe cuſtodes rogans vt eum ab huiuſmodi neceſſitate releuarent. Qui cum hoc facere noluiſſent ſponte ianue clauſe reſerate ꝛ vincti cathene ſunt repēte dirupte. Poſtea vero ad principem veniens Bizantio tunc degētem: paratiſſime beneficiū promeruit quod popoſcit. Nō enim poterat Conſtantinus eius petitionibus denegare: cum ei ſummi honoris cumulum exhiberet. Hec itaqȝ breuiter a nobis dctā de monachis qui tūc clare ſunt philoſophati ſufficiant. Cui vero de his ſubtilior cura fuerit: querens inueniet plurimorum vitas hic non eſſe ſcriptas.

¶ Theodoricus. Cap.xij.

ET licet ita ꝑ omnia floreret eccleſia: nō tamen pertulit inimicus eleuatā ſimul atqȝ ſplēdentē valde reſpiciens. ſed maliuola cepit mouere conſilia: contendens gubernatā a domino ꝛ vniuerſorum creatore ſubmergere. Uidebat itaqȝ paganoꝝ errore ſe fuiſſe nudatum: captaqȝ varia demonū machinamenta ꝛ creaturam a plurimis iam nō adorari: ſed creatori hymnos decenter offerri. Ea gratia iam non apertem contra deum ꝛ ſaluato

tem noſtrum excitabat bellum: ſed viros inueniēs xp̄ianos quidē ſe vocabulo ꝓfitētes: ſʒ amore honoris ⁊ vane glorie ſeductos ad ſeruitutis organū: eos ſue machinationis habuit: per quos plurimos ad priſtinum reduxit errorem. non quidez creaturā rurſus adorari precipiens: ſed ipſum creatorem et mundi opificem coequatum aſtruens creature. Ubi autē hoc principium et queādmodum hec inimicus zyzania ſeminauerit enarrabo.

¶ Alexandria ciuitas eſt maxima: et hoim multitudine copioſa: non egyptiorum ſolūmodo: ſed etiam thebeorum et lybicorum: circa egyptum obtinens principatum. In huius itaq; ciuitatis preſulatu: poſt petrū illū inclitū ꝓpugnatorē q̇ ſub ipſis tyrānis diocletiano ⁊ Maximiano nouiſſime iperiū ſpōte dponētib⁹ martyrij coronā ſuſcepat ſucceſſit Achillas. Is em̄ ſub illo egregio Petro Arriū ordinatum diaconū captūq; in melicij nouitatibus: et ab eccleſia pulſum: rogatus a fidelibus et denuo ſuſcipiens miniſtrare precepit. Poſt Achillā vero Alexāder fortiſſimus euāgelici dogmatis predicator ordinatur ep̄s. Hoc tp̄e Arrius in ordine preſbyterorū erat: et expoſitionē diuinarū ſcripturarū videbat habere cōmiſſaz. Uidēs aūt Alexandrū pontificat⁹ gubernacula ſuſcepiſſe: euentū tp̄is non portauit: ſed et mordacitate compulſus litis querebat initiū. Porro laudabilē videns viri cōuerſationē nequaq̄ calūnias conterere preualebat. Uerūtamen quieſcere illū non prohibebat inuidia. Hūc igitur inueniēs inimicus veritatis per eum niſus eſt excitare in eccleſia tēpeſtatē. Apoſtolicis enim Alexandri doctrinis inſtabat aperte reſiſtere. Et ille quidem diuina ſequens eloquia equi honoris cū patre ⁊ eandem ſubſtantiā habere cum deo genitore filiū predicabat. Arrius autem e diuerſo veritati repugnans: creaturam filium facturāq; dicebat. Adijciens erat aliquādo quando non erat. ⁊ alia que ex illius literis iudicantur inſana. Hec ergo non ſolum in eccleſia perſiſtebat docens: ſed etiam in extraneis conuētibus atq; concilijs: et domos circūiēs quibuſcunq; poterat ſuadebat. ¶ Sozomenus.

¶ Reprehendens autem quidam huiuſmodi viros Alexan B drū quoq; culpabant tanq̄ non vtiliter ſileret dum contra dogma fierent nouitates. At ille arbitratus melius eſſe de dubijs ſermonē ex vtraq; parte proponēdum vt non videretur ex neceſſitate: ſed poti⁹ ex ſatiſfactione certamen ablatū. iudex cum clero reſidens ad altercationē deduxit vtrāq; partem. Ut autē euenire ſolet circa certamina verborū vtriq; ſuperare nitebātur. Arrius autem nullatenus aquieſcere volebat: q: conſubſtantialis filius ⁊ coetern⁹ eſt patri. ¶ Theodoric⁹. ¶ Alexāder autem apoſtolicorū dogmatum predicator prius quidem eum reuocare ammonitionibus ⁊ conſilijs nitebat̃. Cum vero eum ſuperbire vidiſſet ⁊ aperte impietatis facinora predicare: ex ordine ſacerdotali remouit. Audierat enim clamātem diuinā legez. Si oculus tuus dexter ſcandalizat te abſcinde eū ⁊ proijce abs te. Hoc itaq; tēpore romane quidē C eccleſie Silueſter retiacula gubernabat melchiadi ſuccedens qui poſt Marcellinū clarificatuz in perſecutione gentiliū ſuſceperat iura pontificatus. Anthiochie vero poſt tyrānū eccleſie inchoāte pace vitalis p̄ſul extabat. Qui etiā antiquā ⁊ ex multis tēporib⁹ deſtructā a tyrānis edificauit eccleſiam. Poſt quē Philogonius pantificatū ſumēs ⁊ reliqua edificij ſupaddidit et zelum pietatis licinij tp̄ibus demōſtrauit. In Hieroſolymis aūt poſt hermonē marius ordinatus eſt: vir noie ſuo dignus ⁊ oibus bonis ornatus. Eodēq; tp̄e Cōſtātinopolitani Alexāder pontificatū ſacri miſterij poſſidebat. apoſtolicis donationib⁹ valde clarus. Tūc igit̃ Alexāder alexandrin⁹ videns Arriū amoris iudiciarij aculeo ſtimulari et multos ad blaſphemias deceptos erigere: cōſiliaq; propria celebrare eccleſiarū preſulib⁹ ei⁹ blaſphemiam ſuis literis indicauit.

¶ Socrates. Capitulū .xiij.

Dilectiſſimis atq; cariſſimis vbiq; catholice eccl'ie cōminiſtris Alexāder in dño. S Cū vnuz catholice ſit corpus

eccleſie mandato exiſtente in ſacris ſcri
pturis vt ſeruet vinculū vnanimitatis ⁊
pacis ꝯñs ē debere nr̄is ſcribere ⁊ alteru
tris q̄ apud ſingulos agunt inſinuare vt
ſiue patiť ſiue gaudet vnū mēbꝛū cōpa=
tiamur aut cōgaudeamus adinuicē.In
noſtra igiť parrochia nūc egreſſi ſunt vi
ri iniqui:⁊ xp̄o rebelles docētes apoſta=
ſiā quā recte quilibet pꝛecurrere luſpice
tur antixp̄o.Et volui hoc quidē tacitur=
nitati cōtradere ſi quō inter ſolos apo=
ſtatas cōſumeretur hoc malū:⁊ non loca
alia penetrādo ſimplicium ſoꝛdidare au
ditus.Sed qm̄ euſebius nūc nicomedie
putans in ſe cōſiſtere cauſas eccleſie:qꝛ
cū reliquiſſet bericioꝛū ciuitatē:⁊ꝯcupiſ=
ſet nicomediēſem eccleſiā.nō eſt in eo vl
timo ſubiecta.patrocinať etiā his apo=
ſtatis ⁊ſcribere vbiqꝫ molitus eſt/cōmē=
dans eos ſi quō trahat aliquos ignoꝛan
tes ad hāc peſſimā hereſim ⁊ xp̄o rebel=
lem.Ideoqꝫ neceſſariū iudicaui ſciēs qꝺ
in lege cōſcriptū eſt vlterius non tacere:
ſed vobis oībus indicare:quatenus etiā
vos ſciatis apoſtatas ⁊ eoꝛū hereſis ver
ba nequiſſima caueatis.Si ergo ſcripſe
rit vobis euſebius nec recipiatis eū nec
eius ſcripta ſuſcipiatis.Antiquā em̄ cal
liditatem tempoꝛe compꝛeſſam nūc per
iſtos renouare volens.Fingit quidem ſe
quaſi pꝛo iſtis ſcribere:opere vero demō
ſtrat:qꝛ pꝛo ſemetipſo talibus ſtudere fe
ſtinat.Apoſtate vero ſunt iſti.Arrius et
achillas.Cū eis autē apoſtatauerūt hi
aithaľ.carponius alter arrius.ſarmaci⁹.
euzonis.lucius.iuli⁹ manas:⁊ helladi⁹.
gai⁹ ſermidus.ertheonas q̄ epiſcopi ali=
qn̄ ſunt dicti.Ea vero q̄ opinātes loquū
tur huiuſmodi ſunt.Nō ſemper inquiūt
deus pater fuit:non ſemper fuit dei ver=
bum:ſed fuit quādo deus pater nō fuit.
Dei aūt verbum ex non exiſtentibus fa=
ctum eſt.Exiſtēs enim deus nō exiſtentē
ex non exiſtente fecit.Quapꝛopter ⁊ fuit
aliquando qn̄ non fuit. Creatura enim
eſt et factura filius:neqꝫ ſimilis patri ſe=
cundū ſubſtantiā:neqꝫ verus eſt neqꝫ ve
ra ſapientia eius eſt:neqꝫ verum natura
liter patris verbum eſt:ſed vnus quidē
creaturarum et facturarum eſt.Abuſiue
autem dicitur verbum ⁊ ſapiētia factus
et ipſe exiſtens in pꝛopꝛio dei verbo ⁊ in
dei ſapientia in qua ⁊ omnia:⁊ ipſum fe
cit deus.Unde ⁊ cōuertibilis eſt ⁊ muta
bilis per naturam ſicut ⁊ vniuerſa ratio
nalia. Peregrinum enim ⁊ extraneum ⁊
remotum eſt verbum a paterna ſubſtan
tia.et inuiſibilis eſt filio pater.Nō enim
perfecte ⁊ integre nouit fili⁹ patrē.neqꝫ
eū perfecte videre poteſt.Nā nec ſuam
ſubſtantiam nouit filius ſicut eſt.Pꝛo=
pter nos enim factus eſt vt nos per eum
tanqꝫ per inſtrumentum crearet deus:et
nequaqꝫ ſubſtitiſſet:niſi nos deus facere
voluiſſet.Requiſiuit ergo quidam eos ſi
poteſt dei verbum conuerti ſicut diabo=
lus eſt conuerſus:et nequaqꝫ dicere ti=
muerunt vtiqꝫ poteſt tanqꝫ natura con=
uertibilis exiſtens.factus aiunt et con=
uertibilis eſt.Hec itaqꝫ dicētes ideſt ar=
rius et qui cum eo fuit.et in his impu=
denter inſtantes ipſos et ſequaces eoꝛū.
Nos quidem cum epiſcopis egypti et li
biarum pene centum conuenientes ana
thematiſauimus.qui vero circa euſebiū
ſuſceperūt miſcere ſtudētes veritati mē
dacium et impietatem cum pietate ſo=
ciaret:ſed non pꝛeualebunt.vincet enim
veritas nec vlla communio eſt luci cum
tenebꝛis.neqꝫ concoꝛdia chꝛiſti cum be=
lial.Quis etenim talia audiuit aliquan
do.Aut quis nunc hec audiēs verba nō
metuet:aut aures continuo non obtura=
bit:ne ſoꝛdibus taliū verboꝛum eius pol
luatur auditus.Quis audiens dicente
Joanne.In pꝛincipio erat verbū non re
pꝛehēdat iſtos dicētes fuit aliqn̄ qn̄ non
fuit.Aut quis audiens in euangelio vni
genitus filius:⁊ per ipſuȝ oīa facta ſunt:
nō odio habebit dicentes:qꝛ vnus crea=
turarum eſt filius.Quō igitur pōt vnus
eſſe hoꝛum que per eum facta noſcūtur?
Aut quomodo vnigenitus q̄ omnibus ſe
cundum illos cōnumeratur.Quō etiā ex
nō exiſtētibus erit patre dicēte.Eructa=
uit coꝛ meū verbū bonū.Et iterū.Ex vte
ro ante luciferū genui te.Aut quomodo
diſſimilis patris ſubſtātia:cū eſt imago
pfecta ⁊ ſplēdoꝛ patris q̄ dicit.qui me vi
det:videt ⁊ patrē.Quomodo ſi verbum ⁊
ſapiētia dei eſt filius:fuit aliquādo quā
do nō fuit.Simile eſt em̄ ac ſi dicāt ſine

verbo ⁊ ſine ſapiētia aliqñ fuiſſe deū. Ut quō cōuertibilis ⁊ mutabilis q̄ dicit per ſe: ego in patre ⁊ pater in me eſt. Et iterū Ego ⁊ pater vnū ſumus. Per ꝓphetā vero videte inquit me: videte q: ego ſum ⁊ nō mutabor: Nam licet in eo verbo ſit dictū illud apoſtoli quia factus homo: tamen mutatus nō eſt: ſed ſicuti dixit apoſtolus. Jeſus chriſtus heri et hodie ipſe et in ſecula. Que putas cauſa ſuaſit eis vt dicerent: quapropter non enim factus cū paulus dicat. Propter q̄ omnia et per quem omnia. Unde vero blaſphemēt: q: neſcit perfecte filius patrem mirādū nō eſt. Nā ſemel habētes ꝓpoſita rebellādi xpo repercutiūt etiā voces eius dicētes. Sicut nouit me pater ⁊ ego agnoſco patrem. Si ergo ex parte pater nouit filiuꝫ palam eſt: q: et filius non perfecte nouit patrem. Si autē hoc dicere impiū eſt nouit eñ perfecte filiū pater. palā eſt: q: ſicut nouit pater ſuū verbū/ſic ⁊ verbū nouit propriū patrē ⁊ aliter nō eſt. hec dicētes et reuoluētes ſcripturas ſanctas frequenter conuicimus eos: et rurſus tanꝗ camel eōtes mutabātur: ſtudētes ad ſemetipſos trahere quod eſt. Cum venerit impius in ꝓfundū malorū ſpernit. Multe ſiquidem hereſes ante eos fuerūt: que pluſꝗ decet preſumētes corruerūt in imprudētiā ſuā. Jſti vero per omnia verba ſua nitentes erigi ad interemptionē diuinitatis verbi per hec illas hereſes potius firmare conati ſunt: antichriſto facti propinquiores: quapropter et abdicati ⁊ anathematizati ſunt ab eccleſia. Cōtriſtamur itaqꝫ pro eorum perditione ⁊ maxime: quia et ipſi aliquando que eccleſie ſunt audierūt: et nunc ab ea prorſus exiliunt. non tamen ammiramur: hoc enim ⁊ hymeneus et philetus paſſi ſunt. ⁊ ante eos iudas qui cum eſſet ſecutus ſaluatorem poſtea proditor factus ⁊ apoſtata ſed de his quidem ipſis nō ſumus ignari. Dominus enim ꝑdixit. Uidete. ne qs vos ſeducat. Multi enim venient in nomine meo dicentes: quia ego ſum ⁊ tempus prope eſt: et multos errare facient/ne ergo eatis poſt eos. Diſcēs enim hec a ſaluatore paulus dixit. Quia nouiſſimis temporibus apoſtatabunt quidam a fide ſana: attēdentes ad ſpiritus erroris demonumqꝫ doctrinas que veritateꝫ auerſantur. Domino ſiquidem ⁊ ſaluatore noſtro ieſu chriſto per ſemetipſum ꝓnuntiante: et per apoſtolum deſignante de talibus conſequenter nos per nos ipſos audientes impietatem eorum anathematizauimus eos ſicut prediximus oſtendentes eos extraneos a fide eccleſiaqꝫ catholica. Jndicauimus autem hec vobis dilectiſſimi atqꝫ cariſſimi comminiſtri ne quos eorum ſi forte tētauerint etiam ad vos venire ſuſcipiatis: neqꝫ euſebio vel cuilibet aliorum ſcribenti pro eis obediatis. Decet enim nos tāꝗ chriſtianos vt omnes contra chriſtum loquētes ⁊ ſapientes quaſi deo rebelles ⁊ animarum corruptores totis viribus auerſemur: et neqꝫ aue huiuſmodi dicamꝰ hominibus: ne forte etiam peccatis eorum communicare videamur. Sicut beatus Joannes ait. Salutate fratres qui apud vos ſunt ſalutant vos qui nobiſcuꝫ ſunt.

¶Theodoricus. ¶Non ſolū aūt hāc ſed etiā ad alexandrū conſtātinopoleos epiſcopum miſſam eius epiſtolam huic operi inſerere non omittā q̄ clare omnia eius oſtendat: ne quis ſuſpicetur hec me ficte conſcribere: et poſt eam ipſius arrij et ceteras quoqꝫ epiſtolas quibus vtiqꝫ narratio eget hyſtorie quatinus de ſcripture veritate teſtentur et aperte que geſta ſunt perdoceant. Scripſit enim alexādrinus hec conſtantinopoleos alexādro.

Capitulum. xiiij.

Cariſſimo fratri ⁊ vnanimo alexandro. Alexander in domino ſalutem Apetitusꝰ potentie hominum peſſimos auari cieqꝫ prepoſitus veritati que credit eſſe precipua: ſolet inſidiari per varias ſcilicet occaſiones/reſiſtentes eccleſiaſtice pietati. Jmpulſi namqꝫ maliuoli a diabolo in eis operante ad propoſitam ſibi libidinem et ab omni reuerentia reſilientes: conculcant iudicij dei timorem. De quibus neceſſarium mihi fuit potentie: ac reuerentie veſtre ſignificare vt ab huiuſmodi caueatis/ne qui forte preſumāt

eoꝛū in parrochias veſtras accedere vel
per ſe vel alios. Ualent enim magis ad
ſeducēdū figmētis vti/vel literis falſita
te compoſitis:que poſſunt facere pꝛeſti=
gium/ ſimplicem fidem puramqꝫ reſpi=
cientibus Arrius igitur ⁊ achillas coniu
ratione nuper facta collothi ſuperbiam
⁊ multo deteriꝰ illo ſecuti ſunt. Ille nāqꝫ
hos ipſos culpans:peſſime volūtatis ſue
inuenit occaſionē. Iſti vero dignā illius
negotiationē reſpicientes nequaqꝫ ſub=
iacere iuri eccleſie pertulerunt:ſed ſpelū
cas ſibimet latronū edificantes inceſſa=
bilia in eis conſiliabula celebꝛant nocti=
bus et diebus contra chꝛiſtum agentes:
et contra nos pꝛauiſqꝫ libidinibus exer=
cētur qui omnem piam et apoſtolicā ac=
cuſantes gloꝛiam iudaico ſchemate chꝛi
ſto rebellare inſtituerunt ſibimet offici=
nam. Diuinitatem et equalitatem cū pa
tre ſaluatoꝛis noſtri ieſu chꝛiſti negātes
omneſqꝫ eius ſalutaris diſpenſationis ⁊
humilitatis pꝛopter nos habite vocē de
cerpentes:pꝛolatione harum impietatis
ſue pꝛedicationē exercere nituntur quip
pe diuinitatis eius rationem et ineffa=
bilis gloꝛie quā in pꝛincipio habuit apđ
patrem penitus euitantes:paganoꝛum ⁊
iudeoꝛum impiaꝫ confirmant de chꝛiſto
ſententiam et laudem pꝛopꝛiam vt aſſo=
let aucupantes omnia quidem que con=
tra nos poſſunt deriſiones afferre nego
tiātur ſeditioneſqꝫ nobis quotidie ac ꝑ=
ſecutiones inſtituunt:tam iurgia pꝛopo=
nētes per agnitiones mulierū impudiē
tiū quas ſeducunt:qꝫ ipſi communi chꝛi=
ſtianitati derogantes:dum eoꝛum iuuen
cule omnes circumeūt vicos inſuper ine
rumpibilem chꝛiſti tunicam quam mi=
lites diuidere noluerūt iſti ſcindere nūc
pꝛeſumunt. Et nos quidem vite ipſoꝛum
et nefanda conamina eo quod laterent
tardius agnoſcentes:nunc generali de=
creto ab eccleſia adoꝛante chꝛiſti diui=
nitatem eos expulimus. Conati tamen
ſunt illi diſcurſionibus vti et aduerſum
nos machinari qui apud vnanimes cō=
miniſtros noſtros figuram pacis ⁊ vni=
tatis dignitatem ſe exercere fingunt:qđ
autem verum eſt abripere quoſdam eo=
rum ad peſtem pꝛopꝛiaꝫ per boniloquia

ficta feſtinant et literas ab eis manife=
ſtas ⁊ idubitatas exigunt relegētes eas
ſeductis a perſonis ſine penitentia eos
in delictis ſuis faciant remanere tanqꝫ
vnanimes habētes eadem ſecum decer
nentes epiſcopos. Non enim que apud
nos male docuerunt ⁊ egerunt ea fatenť
pꝛopter que etiam ſunt expulſi. Sed hec
autem taciturnitati cōtradunt aut fictis
eos rationibus ⁊ quibuſdam obumbꝛa=
tionibus ſepiūt veriſimilibus vero ⁊ pō
poſis coꝛruptibilem ſuam doctrinam ve
lantes eloquijs attrahunt in deceptionē
quemlibet incautū non abſtinentes etiā
apud omnes noſtre pietati calumniari.
Unde cōtigit quoſdam eoꝛū literis ſub=
ſcribētes in eccleſiā ſuſcipi. maximo ſicu
ti reo: imminēte periculo pꝛeſumētibus
talia comminiſtris eoꝝ neqꝫ apoſtolica
hoc regula patiatur et effundunt ſuper
eos dyabolicā efficaciam cōtra chꝛiſtū.
Quapꝛopter in nullo ſegnes o cariſſimi
ad inſinuādum vobis perfidam eoꝛum
memetipſum erexi. Dicunt enim qꝛ fuit
aliquando tempus quādo non fuit fili=
us dei ⁊ poſtea factus eſt qui pꝛius non
fuerat talis factus:quia ⁊ aliquando fa
ctus eſt qualem ⁊ omnem hominem eſſe
contingit. Cuncta enim inquiūt deús ex
nō exiſtētibus fecit:omniū rationaliū et
irrationalium creaturis miſcere volen=
tes. et filium dei. Quibus verbis conſe=
quenter aiunt eum mutabilis eſſe natu=
re. virtutis malicieqꝫ capabilē cū ex non
exiſtētibus eſſe dicatur. Diuinas quip=
pe ſcripturas quibus oſtenditur eū ſem
per eſſe perimentes:quibus palam deſi=
gnatur inconuertibilitas verbi ⁊ ſapien
tia atqꝫ diuinitas qꝰſunt chꝛiſtus. Poſſu
mus ergo inquiunt iſti polluti:⁊ nos filij
fieri dei ſicut ⁊ ille. Scriptū eſt eñ filios
genui et exaltaui. Cumqꝫ allatum fuerit
eis quod ſequitur. Ideſt ipſi aūt ſpꝛeue=
rūt me quod naturale non eſt ſaluatoꝛis
cū nature ſit immutabilis:omni reuerē=
tia ſemetipſos ſpoliantes aiunt nec ali=
quā licet pꝛopꝛietatem ad deū. ſed cū ſit
ipſe natura mutabilis ſciuit de illo deus
pꝛeſciētia ⁊ contēplatione qꝛ cū non eſſet
ſpꝛeturus: eligendus foꝛet ex omnibus.
Non eñ inquiūt natura quaſi pꝛecipuū

inter alios filios aliquid habet. Nā nec naturaliter dei filius est: nec aliquā habet ad deū proprietatem: quādo etiā ipȝ nature mutabilis existentē: propter moderationē diligētiā ⁊ virtutē non mutatū ad deterius elegit deus. cū ⁊ si paulus vel petrus ad hoc peruenissent nihil poterat iesus ab horum filiatione differre. Propter reprobationem igitur huius vesane doctrine etiā diuinas literas reuoluētes proposuimus illud quod in p̄is de christo dictū est. Dilexisti iustitiā ⁊ odisti iniquitatem propterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie pre cōsortib⁹ tuis. Quia vero filius dei neq̈ existētibus factus est: neq̈ fuit aliquando quando nō fuit: sufficit nos erudiri. Joānes euāgelista scribens de eo. Unigenitus filius qui est in sinu patris. Prouidēte quippe deo vt ostēderet alterutris indiuisas res nominauit patrem ⁊ filium existētē in sinu patris. Sed quia inter hec que ex nō existētibus facta sunt / verbuȝ dei nequaq̈ cōnumeratur. Omnia inquit p ipȝ facta sunt Propriaȝ nāq̈ eius substantiā designauit dicēs. In principio erat verbum et verbum erat apud deum et deus erat verbum. Omnia per ipsum facta sunt: et sine ipso factum est nihil quod factū est. Si enim omnia per ip̄m facta sunt. Quo modo q̄ creaturis vt essent donauit ipse aliquando non fuit? Non enim vlla ratio est vt qui facit eius nature sit cuius illa que fiunt. Si ipse quidē erat in principio omnia vero per ipsuȝ facta sunt: ex non existentibus fecit ⁊ cōtrarium videtur his q̄ ex non substantibus facta sunt hoc quod extat ⁊ valde discretum. Inter patrem siquidem ⁊ filium nullum demōstratur esse spaciū: nec vsq̈ aliquā cogitationem hoc anime phātasia percipiēte. Ex non existētibus aūt creatus mundus et nouellam habet substantie recentēq̈ natiuitatē a patre per filiū huiusmodi vtiq̈ substantialitatem cunctis accipientibus. Altius igitur adhuc contemplatus verbi diuinitatem / et creaturarū vniuersam intelligentiam transcendentem reuerendissimus Joannes geniturā eius nec facturam dicere voluit nec per elemēta syllabarum factorē ingenitum. Unus enim est ingenitus pater: sed quia excedit euangelistarum puto quia ⁊ angelorum perceptionē ⁊ transcendit vniuersa vnigeniti filij ineffabilis substantia. Non ergo reor quia de pietate cogitātes de hac aliquid interrogare presumāt propter quod dictum est. Altiora te ne quesieris ⁊ difficiliora te noli examinare. Nam sicut aliarum plurimarum ⁊ huius notitia humane perceptioni celata est quale est apud pauluȝ que oculus nō vidit nec auris audiuit nec in cor hominis ascendit que preparauit deus diligentibus se. Sed etiam stellas inquit deus ad abraham. non potes enumerare neq̈ arenā maris et guttas pluuie q̄s dinumerauit? quis ergo audeat exteri⁹ perscrutari subsistentiam dei verbi nisi forte vesanus sit? de qua prophetic⁹ spiritus dicit. generationē eius quis enarrabit? nā et ipse saluator noster prestare volens omnibus in hoc mundo colsinis: huius notitiā ab eis exonerare festinauit significās vltra naturam esse omniū rerum hanc animaduersionem soli vero patri adiacere tantum huius scientie sacramentū. Nullus inquit nouit quis est filius nisi pater ⁊ patreȝ nemo nouit nisi filius. Non reor ignorare sapiētes quia vesanuȝ est sapere ex nō existentibus factum filium cuȝ vtiq̈ habeat temporale principiū q̄d ostēditur ex nō existētibus factū. Nam si tēporibus inesse oporteret hoc q̄d aiūt erat q̄n nō erat aut spatio seculi cuiuscūq̈ et si verū est: q: oīa per ipȝ facta sunt: palā est q: ⁊ omne seculū: ⁊ tēpus: ⁊ spatia ⁊ aliq̄n inter q̄ reperitur q̄d aiūt fuit q̄n nō fuit p ipȝ facta sunt: ⁊ quō nō ē incredibile eū q̄ ⁊ tp̄a fecit ⁊ secula ⁊ momēta inter q̄ est illud fuit q̄n non fuit dicere aliq̄n nō fuisse? Stultū em̄ est ⁊ oī pctō plenū: eū q̄ cā est alicuius eūdē posteriorē dicere illius geniture cui⁹ cā est. Precedit em̄ f̄m eos sapiētia dei q̄ creauit vniuersa. illud spatiuȝ in quo dicunt nōdū factū filiū a patre mētiēte ſȝ eos ⁊ scriptura q̄ dicit primogenitū eū esse vniuerse creature. Cōsona siquidē istis clamat ⁊ magniloquus paulus dicēs de eo quē posuit heredē oim p quē ⁊ secula fecit: sed ēt in ip̄o creata sunt oīa q̄ in celis

et que in terra viſibilia et inuiſibilia:ſi=
ue principia:ſiue poteſtates.ſiue domi=
nationes:ſiue ſedes oĩa per ipſum⁊ in ip
ſo creata ſunt et ipſe eſt añ oĩa. Cũ ergo
impia monſtretur eſſe argumẽtatio qua,di
cũt ex non exiſtentibus factũ neceſſe eſt
patrẽ eſſe ſemꝑ patrẽ. Eſt eñ pater ſem
per filio preſente/propter quẽ appellatur
pr̃ ſemꝑ ſibi filio preſente:ſemper eſt pa=
ter ꝑfectus ⁊ ſine defectiõe conſiſtens nõ
temporaliter neqꝫ ex ſpacio neqꝫ ex non
exiſtentibus generãs vnigenitũ filium.
Quid eñ amplius ſit ſceleſtũ: ꝙ̃ dicere
nõ fuiſſe aliquando ſapientiam dei q̃ di
cit ego erã apud eũ cohabitans ego erã
cui adgaudebat:aut dicere virtutez dei
aliq̃n nõ extitiſſe:aut verbũ dei aliquan=
do accepiſſe principiũ:aut alia ex quibꝰ
filius agnoſcitur.et figuratur pr̃? Nam qui
ſplẽdorẽ glorie non dicit extare vna peri
mit ⁊ principale lumẽ cuius ſplẽdor eſt.
Si aũt ⁊ ymago dei non fuit ſemꝑ pr̃: q͛
nec huius ymago eſt:ſed etiã cũ nõ eſt fi
gura ſubſtãtie dei: vna perimitur ⁊ ille qui
in oĩbus ab eo figuratur. Ex quo apparet
filietas ſaluatoris nr̃i:nullã habẽs cõio
nẽ ad ceterorꝫ filietatẽ. Queadmodũ eſt
ineffabilis eius ſubſiſtẽtia incõparabili
excellẽtia tranſcẽdere probatur vniuerſa/
quibus ipſe donauit vt ſint ita⁊ filietas
eiꝰ naturalis exñs paterne diuinitatis
ineffabili ſublimitate differt ab eis q̃ per
eũ in adoptionem adoptati ſunt filij. Is
enim incõuertibilis exñs natura ꝑfectus
eſt/in oĩbus nihil egẽs. Hi vero in vtroqꝫ
mutabilitati ſubditi egent eius auxilio.
In quo eñ ꝓficere potuit ſapientia dei.
aut in quo eius veritas augeatur? Aut
deus verbũ quõ ꝑpõt meliorari cum ſit vi
ta rerũqꝫ lumen. Si aũt hoc eſt ꝙ̃ toma=
gis vecors eſt dicere ſapiaz aliq̃n aut dei
virtutẽ fuiſſe infirmitate capabilem aut
irrationalitate verbũ ⁊ ꝑ hoc rõnẽ obſcu
ratã aut vero lumini tenebras eſſe per=
mixtas aplo dicẽte. Que cõio luci ad te=
nebras aut q̃ cõcordia xp̃i ad belial. Nec
non ⁊ ſalomone clamãte impoſſibile eſt
vel vſqꝫ ad opinionẽ inuenire vias ſerpẽ
tis ſuꝑ petrã:q̃ ſcd̃m paulũ xp̃s eſt. Por=
ro creature eius hoĩes et angeli benedi=
ctiones ei⁹ acceperũt:virtutibꝰ proficere

contendentes mãdatis qꝫ legitimis qua
tenꝰ nõ peccarẽt. Deꝰ vero noſter natura
liter filiꝰ patris exñs:ab oĩbꝰ adoratur:illi
deponẽtes ſpm̃ ſeruitutis ex bonis ope=
ribus/⁊ prouectu ſpm̃ filiatiõis accipiẽ=
tes:per naturalem iuſti fiunt et ipſi ado=
ptione filij. Iſtius aũt propriã et natura
lẽ filiũ ꝑcipuãqꝫ filiationẽ paulus etiam
manifeſtauit de deo dicẽs. Q͛ proprio fi
lio non pepercit ſed pro nobis ideſt q̃ na
tura non ſumꝰ filij:tradidit eũ. ad diſtin=
ctionẽ nãqꝫ nõ propriorum illũ ꝓpriũ fi=
liũ eſſe dixit. In euãgelio aũt. hic eſt filiꝰ
inquit meꝰ dilectus in quo mihi bñ cõpla
cui. In pſalmis vero ſaluator ait. Dñs di
xit ad me filius meus es tu germanita=
tem nature declarans. ſignificat non eſſe
eius naturales quoſlibet alios filios pre
ter iſtum. Quid etiaz quod ait. Ex vtero
ante luciferum genui te? Nõne clare na=
turalẽ demonſtrat paterne generatiõis
filiationem quam nõ morum diligentia
et exercitatione prouectus ſed proprieta
te nature ſortitus eſt? Unde ⁊ intrãſgreſſi
bilem habet filiationem vnigenitus pa
tris. Rationabilium vero filiationem nõ
eis naturaliter exiſtentem in oportuni=
tate morũ ⁊ dono dei etiã mutabilẽ rõ no
uit. Uidentes eñ inquit filij dei filias ho
minuz acceperũt ſibi vxores ex ipſis. Et
iterum filios genui ⁊ exaltaui ipſi vero
me ſpreuerũt. Per iſaiã deũ dixiſſe didi=
cimus. Multa dicturus dilectiſſimi trã=
ſeo onerosum eſſe putans pluribus ver=
bis vnanimes ammonere doctorẽs. Uos
ipſi eñ eſtis diuinitus eruditi: non igno
rantes q͛ doctrina que nuper cõtra pie=
tatem ſurrexit eccleſiaſticam. hebionis
eſt et artemonis/⁊ zelus pauli ſamoſate
ni:de anthiochia ſynodali conuentu om
niũ epiſcoporũ ab eccl'ia pulſi. Cui ſucce
dẽs lucianꝰ extra ſynagogas mãſit triũ
epõrũ plurimo tpe. quorꝫ impietatis fecez
ſorbẽtes iſti/nũc nobis ⁊ nõ exñtibꝰ illorꝫ
plãtatiões abſcõſas pullulare fecerunt
arrius ⁊ achillas/⁊ cũ illis conciliũ ma=
lignãtiũ/⁊ neſcio quõ i ſyria tres ordina
ti epĩ eo ꝙ cõſenſerũt eis ⁊ ad peiora ſtã
mati ſint. De quibus ſentẽtia in veſtra
ſit probatiõe repoſita/qui ſalutaris paſ
ſionis humilitatẽ ⁊ exinanitionẽ volũta=

riã paupertatẽ ⁊ voces quas ꝑpter nos ſaluator ſuſcepit memoria. retinetis. Igitur ad oñſionem ſuperne et antique diuinitatis eius hec cõgruunt: ſignificatiuis ꝙ ſermonibus naturalis eius gloria et imperium ⁊ apud patrẽ mãſio clarius explicatur. Quale eſt illud Ego ⁊ pr̃ vnũ ſum⁹. nõ patrẽ ſemetipm̃ appellãs neq̃ ſubſtãtialiter duas naturas/ꝙ eſt vna declarans: ſed q: paternã ſeruandi plenitudinẽ filius habet perfecte naturã/⁊ per oĩa ⁊ ſilitudinẽ pr̃is gerens ⁊ immutabilis eius ymago exñs atq̃ principalis cauſe expreſſa figuratio. Vñ etiam tunc philippo cupienti videre patrem dñs ſine inuidia ſe demonſtrat. Nam cũ diceret oſtẽde nobis patrem: ait. Qui videt me videt et patrẽ tanq̃ per ſpeculuȝ ſine macula ⁊ alatum per diuinam eius ymaginẽ contemplaretur patrẽ quem ſimiliter in pſalmis ſctiſſimi viri canũt dicẽtes in lumine tuo videbimus lumen. Quapropter et qui honorat patrẽ honorat ⁊ filium et qui honorat filium honorat ⁊ patrem et recte. oĩs nãq̃ vox impia que in filio dici preſumitur ad patrẽ quo q̃ refertur ſed mirum non eſt quod ſcripturus ſum o cariſſimi/ſi falſas aduerſum me derogationes et contra pijſſimũ noſtrum populum delatas inſinuo. Hij eñi q̃ cõtra deitatem filij dei caſtra cõſtituũt: neq̃ cõtra nos igratas calũnias exercere formidãt: qm̃ nec priſcorũ quẽpiã gignãtur ſibimet cõparare. neq̃ preceptoribus ſe e q̃bus nos ab infantia eruditi ſumus equare patiunt̃ neq̃ cõminiſtrorũ quẽpiã nunc vbicũq̃ cõſiſtẽtiũ in mẽſura ſapie reputãt: quaſi ſoli ſapiẽtes et nihil hñtes: atq̃ nouorũ dogmatũ inuẽtores/⁊ q̃bus ſolis reuelata ſunt que a nullo altero ſub ſole intellecta noſcunt̃. O ſceleſta ſupbia immẽſa veſania vane glorie furore. ſapia ſathane/in aĩas eorũ nequiſſimas vehemẽter inſiliens/nõ deterruit eos antiquar̃ ſcripturarum deo amabiliũ explanatio non cõminiſtroruȝ conſors reuerentia de xp̃o ferocitatẽ eor̃ manſueſcit: quorũ ſceleſta opera nec demones ferre patiuntur quando vocem blaſphemiam contra filium dei promere non pũſumunt. Hec igitur iacula ſecundum preſentem virtutem dirigantur aduerſus eos qui inerudita materia contra chriſtum exacuuntur ad bellum ⁊ aduerſus pietatem eius calumnias inferre contendunt. Aiunt enim non aduerſantes fabulas/ex quibus inuentum eſt dici: ex nõ extãtibus impiam et non ſcriptam contra xp̃m blaſphemiam predicare. id eſt duo ingenita ipſi potius duorũ alterum neceſſario eſſe oportere dicentes inerudit aut ex non extantibus filiũ eſſe ſapiendum/aut indubitanter dicere ingenita duo. Ignorantes imperiti quia multũ eſt inter patrem ingenitum et ea que ab eo nõ extantibus ſunt creata rõnalia et irrationalia quorũ media exñs natura vnigenita per quam vniuerſa ex non extantibus fecit pater dei verbi. ex ipſo vero patre natiuitatẽ habet ſicut et ipſe dominus alicubi teſtatus eſt diceng qui diligit patreȝ diligit filiũ quia ex eo natus eſt. De quibus nos ita credimus ſicut apoſtolice placet eccleſie. in vnum ingenitũ patrem nullã habenteȝ cauſaȝ vt eſſet incõuertibilis ⁊ imutabilis ſemper idẽ et ſimiliter ſe habẽtem nec prouectũ nec imminutionẽ recipiẽtẽ legis prophetarum euangeliorumq̃ datorem/patriarcharũ et apl̃orũ dñm/oĩmq̃ ſanctorũ: ⁊ in vnũ dñm ieſum xp̃m filiũ dei vnigenitũ: natũ nõ ex nõ extante ſed extante pr̃e/non ſcd̃m corporũ ſimilitudines/ex inciſionibus aut diuiſionũ effluxionib⁹ ſicut ſabellio ⁊ valẽtino placet: ſed ineffabiliter ⁊ inenarrabiliter ſcd̃m eum qui dixit ſicuti ſupra poſuimus. gñationẽ eius quis enarrabit. Subſiſtẽtia videlicet ei⁹ omni create nature imperſcrutabili exiſtente/ſicut et ipſe pater imperſcrutabilis eſt eo ꝙ non capiat rationaliũ natura ſciẽtiam quia pater genuit deum quod quidẽ non a me cõuenit dicere viris ſpiritu veritatis impletis. Erudiente quippe nos chriſti voce qua dicit nullus nouit quis eſt pater niſi filius et nullus nouit quis eſt filius niſi pater et aſſerente eum inconuertibilem et immutabileȝ ſe ſicut patrem nihil egentem pfectũ filiũ equalẽq̃ patri ſoli ingenito. ymago eniȝ eſt integerrima et immutabilis pr̃is: et oĩno ymaginẽ cõuenit eſſe plenã p quaȝ

nō deſit aliquid ab equalitate eius cui⁹
ymago eſt ſicut ipſe dn̄s docuit dicens.
Pater meus maior me eſt ſm ꝙ ſemper
etiā filium ex patre credimus. Splēdor
enim eſt glorie et figura paterne ſubſi=
ſtentie. Sed nullus hoc ſemper ad ſuſpi
tionem ingeniti ſumat ſicuti putant qui
ſenſus anime cecatos habent. Naȝ neqꝫ
erat neqꝫ ſemper neqꝫ ante ſecula idem
eſt ꝙ ingenitum. ſed nec quilibet huma=
nus intellectus ab hominibus nomina=
tus iudicare valet hoc quod dicimus in
genitum ſicut et vos eſtimare credo et de
omnium veſtrorum cōfido propoſito nul
lo modo quibuſlibet nominibus ingeni
tum declarādū. Uidētur enim hec nomi=
na veluti tēporuȝ eſſe productiua: digne
tamen ipſius vnigeniti diuinitatem ⁊ ve
luti dicam antiquitatē nequaqꝫ ſignifica
re valentia. Cum ſancti videlicet viri ſm
ſuā vnuſquiſqꝫ virtutem ſacramentum
hoc aperire conati ſunt veniam poſcen=
tes ab auditoribus per ſatiſfactiones ra
tionabiles dicendo de ſe protulimus qđ
pertingere preualuimus. Si quid auteȝ
vltra hoīem expectāt. quicunqꝫ viri ⁊ ad
maius innituntꝫ eloquium illud quod ait
apl's ex parte cognoſcimus iā putantes
eſſe deſtructū. Palā eſt q2 multū ſpe ſua
deficiunt. Igitur erat ⁊ ſemper ⁊ ante ſe=
cula quodcunqꝫ ſit. Non tamen eſt id qđ
ingenitū. Ergo ingenito quidē patri pro
pria dignitas eſt ſeruāda/ nullā dicētes
cām ei fuiſſe vt eſſet. filio vero congruus
diſtribuatur honor. Sine principio enīȝ
a patre ſciamus eius eſſe natiuitatem/
culturā ei ſicuti ꝑdiximus tribuētes pie
atqꝫ cum bona opinione ſuper eo erat et
ſemper et ante ſecula predicātes. Diui=
nitatē quippe eius ꝑſeuerantes ſed ima
gini ⁊ ꝑſcrutationi patris ꝑfectā equali
tatē per oīa deuouētes. Propriū vero et
ſolum dicētes pr̄is ꝙ ingenitus eſt: cum
et ipſe ſaluator dixerit. Pater meus ma=
ior me eſt. In hac itaqꝫ pia de pr̄e filioqꝫ
ſententia ſicut nos diuine ſcripture do=
cēt vnū ſctm̄ ſpm̄ confitemur: qui reple=
uit et veteris teſtamēti ſanctos hoīes/ ⁊
noui ſacratiſſimos preceptores in vnā ⁊
ſolam catholicam apoſtolicamqꝫ ſem=
per eccleſiam: que et inuincibilis eſt/ li=
cet omnis mundus aduerſus eā pugnet
et victrix toti⁹ aduerſe impietatis exiſtit
ſecuros nos faciente patrefamilias ei⁹
cum clamat. Habete fiduciam ego vici
mundum. hoc nouimus actum poſt re=
ſurrectionē a mortuis: quorū primitie fa
ctus eſt dn̄s nr̄ ieſus xp̄s carne vera indu
tus: et nō putatiue ex dei genitrice ma=
ria q̄ in nouiſſimis temporibus ꝓ dāna=
tione peccati ad humanū gen⁹ adueniēs
crucifixus et mortu⁹ eſt: ſed nō propterea
diuinitate ſua minor factus. reſurrexit
enim a mortuis: aſſumptus in celo eſt: ſe
det ad dexteram maieſtatis. Hec igitur
ex parte in hac epiſtola figuraui: onero=
ſum credens ſingula ſub ſcrupuloſitate
conſcribere eo ꝙ ſciam ſanctum ſtudium
vr̄m talia non latere. Hec docemus: hec
etiam predicamus. hec ſunt eccleſie ca=
tholice ſeu apoſtolice dogmata: pro qui=
bus etiam morimur: ⁊ deſtruere ea volē
tes nullatenus formidamus. Qui licet
verberibus nobis extorqueāt. nos tamē
ſpem non auerſamur noſtram. Horum
igitur aduerſarij ideſt Arrius et achil=
las et qui cum eis ſunt veritatis inimi=
ci: ab eccleſia ſunt ꝓcul expulſi. alieni fa=
cti a pia doctrina noſtra ſm beatū pau=
lum dicentem quicunqꝫ vobis annuncia
uerit preter quod accepiſtis anathema
ſit licet angelus de celo eſſe ſe fingat. Sȝ
etiam ſi quis alijs ſermonibus dn̄i no=
ſtri ieſu chriſti et doctrina ſm pietatem
inflatur nichil ſciens et reliqua. Hos igi
tur anathematizatos a fraternitate nul
lus veſtrum ſuſcipiat aut habere patia=
tur ea que ab eis vel dicuntur vel con=
ſcribuntur. cuncta enim velut magi ho=
mines mentiuntur. quia veritatem loqui
nō poſſunt. Circuneunt deniqꝫ ciuitates
nihil ſtudentes aliud q̄ȝ vt amicitiarum
ſchemate et nomen pacis per figmenta
vel blandimenta literas dent et acci=
piant: vt errare faciant per hec deceptas
a ſe mulierculas. hos ergo qui cōtra chri
ſtum tanta preſumunt quiqꝫ chriſtianita
ti tam publice derogarunt/ qui inter iu=
dicia perſecutiones nobis cōtum in ipſis
eſt excitare non ceſſant et ineffabile ſa=
cramentuȝ chriſtianitatis eneruare mo
liuntur. Aduerſamini dilectiſſimi ⁊ vna=

nimes atqꝫ concertatores nobiſcuꝫ:con-
tra eorũ veſanam eſtote preſumptionem
ad ſimilitudinem comminiſtrorũ noſtro
rum qui indignati ſunt et aduerſus eos
mihi ſcripſerunt.et in thomo quẽ etiam
vobis dixerim p filiũ meũ archidiaconũ
ſubſcripſerunt.tã totiꝰ egypti ⁊ thebai-
dis q̃ꝫ libie ⁊ pẽthapolis:ſyrie.licie pam
philie:aſye capadocie:ſacerdotes: alia-
rũqꝫ prouinciarum ad quorũ inſtar etiã
vos eum confido ſuſcipere.Multis itaqꝫ
mihi contra nocẽtes remediis exñtibus
etiaꝫ hoc inuentum eſt vtile medicamẽ:
qꝛ cõuertũtur ſeducti ab eis populi nunc
noſtris ſacerdotibus obedientes et ad
penitentiam per eos accedere feſtinan-
tes.Salutate ad inuicẽ fraternitatẽ que
apud vos eſt.valere vos in domino opto
cariſſimi.Sũt aũt q̇ anathematiſati ſunt
ex preſbyteris quidẽ arrius:ex diaconibꝰ
autẽ achilllas.euzonis.athalis. lucius.
ſarmacius.iulius. menas. alter arrius.
et heliadius.¶Theodericus.
¶Cõſona his dixerit et philogonio an-
thiochene preſuli ciuitatis/et euſtachio
qui tunc beroen gubernabat eccleſiam ⁊
aliis apoſtolorum dogmatũ defenſoribꝰ
ſed neqꝫ arrius quieſcere paſſus eſt.Scri
pſit enim et ipſe concordibus ſuis.Quia
vero nihil falſi contra eum ſcripſit ſacra
tiſſimus alexander.Ipſe arrius literis
ſuis ſcriptis ad nicomedienſem euſebiũ
proteſtatus eſt.quam epiſtolam inſerere
nõ omitto:vt cõmunicatores impietatis
eiꝰ ignorãtibꝰ poſſim facere manifeſtos.

¶Capitulum.xv.

Omino deſi-
derabiliſſimo homini dei
fideli ortodoxo euſebio.
Arrius q̇ perſecutionẽ ab
alexãdro papa patitur in
iuſte: propter vincentem omnia verita-
tem quam tu quoqꝫ defendis in domi-
no. S patre meo armonio veniente
ad nicomediam rationabile iudicaui te
ſalutare per eum ſciens dilectionem pa
riter et affectum quem circa fratres pro
pter deum habere dinoſceris.Uehemen
ter nos vaſtat atqꝫ perſequitur et omnẽ
benignum animum mouet. aduerſum
nos epiſcopus alexander ita vt etiam de
ciuitate nos expuliſſet velut homines ſi
ne deo quoniaꝫ non concordamus ei pu
blice dicenti ſemper deus/ſemper filius
ſimul pater ſimul filius coexiſtit ingeni
to deo.filius ſemper genitus eſt ab inge
nito genitus eſt: neqꝫ cogitatione neqꝫ
athomo quodam precedit deus: ſemper
filius ex ipſo deo eſt. Et quoniam euſe-
bius frater tuus ceſarienſis et theodotus
et paulinus et athanaſius ⁊ gregorius ⁊
ecius ⁊ oẽs per oriẽtẽ dicunt qꝛ preexiſtit
deus filio ſine principio:anathema facti
ſunt preter ſolum philogonium.et bella
dicum ⁊ machariũ hoĩes hereticos ineru
ditos:quorum alii quidem dicunt filium
eructuationẽ:alii vero propoſitionẽ alii
coingenitũ quas impietates nec audire
poſſumꝰ licet innumeras mortes nobis
minentur heretici. Nos autẽ quoniam
dicimus et ſapimus et docuimus et do-
cemus quia filius non eſt ingenitus nec
ingeniti pars vllo modo: neqꝫ ex aliquo
ſubiecto:ſed quoniam voluntate et con-
ſilio ſubſiſtit ante tempora et ante ſecu-
la plenus deus vnigenitus conuertibi-
lis et anteqꝫ generaretur aut crearetur
aut predeſtinaretur aut fundaretur non
erat.ingenitus enim non erat.perſecu-
tionem patimur qꝛ diximus principium
habet filius.Deꝰ aũt ſine principio eſt qꝛ
diximus ex non extantibus eſt. Sic au-
tem diximus ſecundum q nec pars dei
eſt nec ex aliquo ſubiecto propterea per-
ſecutionem patimur. De cetero tu noſti
valere te in domino opto memorem tri-
bulationum noſtrarum conlucianiſta ve
re euſebie id eſt pie.Euſebius itaqꝫ ceſa
rie erat epiſcopus. theodotus laodicie
tyri paulinus: athanaſius anazardi et
gregorius beriti.ecius autem lidde.Lid
da vero eſt que nunc dioſpolis appella-
tur.Hos arrius concordes ſe habere glo
riabatur.Hoſtes autem vocauit philo-
gonium preſulem vrbis antiochene hel-
ladicum tripoleos:et machariũ hiero-
ſolimorũ aduerſus eos ſarciẽdo calum
nias quoniam eternum et ante ſecula fi-
liuꝫ et cum patre equi honoris eiuſdẽqꝫ
ſubſtantie predicabant.Hanc igitur euſe
bius dũ ſuſcepiſſet epiſtolã ⁊ ipſe vene-

num ſue impietatis euomuit ſcripſitqꝫ
hoc modo paulino epiſcopo tyri.

Capitulum.xvj.

Domino meo
paulino euſebius in. dño
ſalutem. Neqꝫ dñi mei eu
ſebij ſtudiū ꝓ veritate ver
bi tacitū eſt: ſꝫ vſqꝫ ad nos
peruenit neqꝫ tuū dñe ſuper hac cā ſilen
tiū. Et vt ꝯñs erat de dño quidē meo eu
ſebio letati ſumus de te vero triſtamur
arbitrātes taciturnitatē tāti viri noſtrā
eſſe deuotionē. Quapropter rogo te ſciē
tem qm̄ indecens eſt virū ſapientē alia
ſapere ꝛ tacere veritatē: vt ſpūali ratiōe
cōmotus ad cōſcribendum de huiuſmo
di rebꝰ incipias cū ꝛ tibi ſit vtile ꝛ audiē
tibus te: maxime dū ꝛ per cōſequentiam
ſcripture et veſtigia ſermonū eiꝰ et volū
tatis ſcribere cuncta nolueris. Qm̄ neqꝫ
duos ingenitos audiuimus aliqn̄ neqꝫ
vnum in duos diuiſum. Neqꝫ corporale
aliquid paſſuꝫ eſſe dicimus aut credidi
mus dñe meus ſed vnū quidē ingenituꝫ
vnū vero ab eo vere ꝛ nō ex eiꝰ ſubſtātia
factū ꝛ vniuerſaliter dicendum nequaqꝫ
cū ingenita natura participantē aut exi
ſtētem ex eiꝰ ſubſtantia ſed factū perfe-
cte aliud natura atqꝫ virtute q̄ntum atti
net ad integrā ſimilitudinē affectū pote
ſtateqꝫ factoris factū ſcꝫ inenarrabiliter
qd̄ eſſet cogitationi nō ſolū humane ſed
etiam q̄ vltra oēs hoīes eſt incōprehēſi
bile iudicamꝰ ꝛ credimꝰ. Et hec quidem
nō rationibꝰ noſtris obſtricti: ſed ex ſcri
ptura ſctā dicentes dicimꝰ creatū eſſe ꝛ
fundatū ꝛ genitū ſubſtātia: ꝛ inconuerti
bili et ineffabili natura ſimilitudine fa
ctoris ſicut ipſe dñs ait. Deꝰ creauit me
in initio viarū ſuarū in opera ſua ꝛ ante
ſeculum fundauit me ante oēs colles ge
nuit me. Si autē ex eo hoc eſt ab eo erat
quaſi pars eiꝰ vel ex fluxu ſubſiſtens ne-
quaqꝫ creatus aut fundatus eſſe dicere
tur. Neqꝫ tu ignoras hoc dñe vere qꝛ qd̄
ex ingenito exiſtit creatū taꝫ ab alio aut
ab eo aut fundatū nō erit ab initio inge
nitū eū dicere oſtenſionē quandam ꝑbet
quaſi ex ſubſtātia paterna ſit natus ꝛ ha
beat ex eo equalitatem nature. Scimus
enim quia non de eo ſolo genitum dicit
ſcriptura ſed etiā de diſſimilibus ei na-
ra per oīa. Nam et de hoībus ait. Filios
genui ꝛ exaltaui ipſi vero me ſpreuerūt.
Et iterum. Deū qui te genuit dereliqui
ſti. Et in alijs quidē ait. Qui peperit gut
tas roris nō naturam ex natura narrās:
ſed vniuſcuiuſqꝫ creature ex eius volun
tate natiuitatē non em̄ ex eius ſubſtātia
ſunt ſed oīa voluntate eiꝰ facta ſicuti fa
cta ſunt. Ille ſiquidem deus eſt. Hec au-
tem ad ſimilitudinem eius verba ſimi-
lia futura ſecundum ſpontaneum motū
facta et omnia quidem per eum a deo fa
cta cuncta tamen ex deo que percipiens
et exponens ſecundum datam tibi diui-
nitus gratiam ſcribere domino meo ale
xandro feſtina. Cōfido enim quia ſi ſcri-
pſeris illi cōuertitur. Saluta omnes qui
in dño ſunt. Ualentem te ꝛ ꝓ nobis oran
tem gratia dei cuſtodiat domine.

Socrates. Capitulum.xvij.

Alia etiſti al
terutris ſcribebant cōtra
veritatem ſe armātes ad
prelium. Et peius fiebat
malum ad cōtentionis in
cendiū per eos qui hec ſcripta ſuſcipie-
bant. Cōſentientes igitur alexandro. et
in eius thomo cōſcribebant: alij vero cō
traria faciebant. Precipue tm̄ ex aduerſo
mouebatur nicomedienſis euſebius: qm̄
in epiſtola ſua grauiter eius memoriaꝫ
fecerat Alexāder. Poterat auteꝫ illo tp̄e
nimis euſebiꝰ qꝛ tūc imperator nicome-
diā morabatur. Nam ibi ante paululuꝫ
tp̄s diocletianus et q̄ circa eū regalia cō
ſtituerāt. Propterea ergo multi epiſco-
porū obediebant euſebio ꝛ ille frequēter
ſcribebat alexādro quidē vt deſerēs qō
neꝫ qua mouebat tumultū ſuſciperet ar
rium ꝛ ſequaces eius. Per ciuitates au-
tem diuerſis ep̄is ne conſentirēt ſcriptu
ris ꝛ ſcriptis alexādri vn̄ oīa erant val-
de turbata. Nō enim ſolūmodo eccleſie
ꝑſules ratiocinationibus inter ſe certa-
re videbantur ſed etiā populus diuiſus
erat. Alij nanqꝫ iſtis alij vero conſentie-
bant illis: ꝛ ad tm̄ cauſa venit incēdiū vt
in publico ꝛ in ipſis theatris chriſtiani-

tati derogaretur. Hũ quidem in ipſa alexandria poſiti tãq̃ i͂victores de ſuperioribꝰ perſecutionibꝰ facti potiꝰ armabant legationeſq̃ mittebant ad prouinciales epos. hũ vero in alterã diuiſi partem illorum ſimili ſeditioni communicabant.

¶ Capitulum. xviij.

tes:ſed conſentientes decretis veſtris/
etiam hac cõſcriptione ſatiſfacimus vo-
bis non exiliũ generaliter ferẽtes ſed ſu
ſpitionẽ abijcientes hereſeos. Si enim
dignamini nũc in vultu noſ vr̃o recipere
habebitis i oĩbus cõſonãtes et vr̃a ſequẽ
tes pariter conſtituta/qñ etiã eũ qui in
his accuſatus eſt:placuit veſtre reueren
tie clementiã promoueri atq̃ reuocari.
Abſurdũ namq̃ eſt ſi is q̃ putatur eſſe re
uocatur ad ſatiſfaciẽdũ in quib⁹ deroga
batur:vt nos contra noſmetipſos pre-
beamus per taciturnitatem increpatio
nis iudicium.Dignamini ergo ſicut con
uenit veſtre venerationi et deo/aman-
tiſſimum principem commonere et pre-
ces tractare noſtras et velociter de no
bis que vobis conueniunt cogitare.Hic
quidem libellus eſt reuerſionis euſebij
et theognij.Ex verbis autem conijcio q̃
iſti quidem dictate fidei ſubſcripſerunt/
damnationi vero arrij conſentire nolue-
runt.ex quo et arrius ante iſtos reuoca-
tus agnoſcitur ſed licet hoc ita ſe habere
videatur:tamen alexandriam accedere
prohibitus eſt.Hoc autẽ oſtẽditur ex ei⁹
cogitationibus quas poſtea molitus in
uenitur:figmẽto penitẽtie ſue ſicut opor
tune patefiet. ¶Socrates.

¶Capitulum decimumoctauum.

Imperatori i-
terea poſt concilium dege
bat letus.celebra A ta
ergo feſtiuitate publica
vicennaliuz ſuorum/mox
ad erigendas eccleſias feſtinus acceſſit.
Hoc faciebat per ſingulas ciuitates et
in vrbe cognominis ſui.

¶Sozomenus. B

¶Nã cum ei omnia proſpere cederent
propriam voluit habitare ciuitatem.Ue
nienſq̃ ad campum ante illam poſitum
iuxta heleſpontum ſuper cantis tumu-
lum:vbi achiui contra troiam pugnan-
tes habuerunt caſtra/ciuitatez deſigna-
uit.portaſq̃ fecit q̃ hactenus videntur a
nauigantibus.Hec agenti per noctem
deus apparuit mo C nens vt alium
q̃reret locum eumq̃ monens ad bizan
tium trachie/illic eum habitare iuſſit.

¶Socrates.

¶Que cum primitus bizantium vocare
tur auxit et maximo eam muro circunde
dit.Et diuerſis ornatam fabricis equaz
imperiali rome conſtituit.Et denomina
tam.Conſtantinopolim appellari ſecun
dam romam lege firmauit ſicuti lex ip-
ſa in marmorea platona noſcitur eſſe cõ
ſcripta/et in Strategio iuxta equeſtrez
ſtatua eius eſt conſtituta.In hac quoq̃
ciuitate duas quidem edificauit eccle-
ſias quarum vnam nominauit hirenen:
aliam vero appellauit apoſtolorũ.Nõ
ſolum autem ſicut dixi auxit Conſtan-
tinus chriſtianorum dogmata D ſ3
etiam paganorum templa deſtruxit.Si
mulachra namq̃ ornata publice in con-
ſtantinopolitana vrbe propoſuit Et tri
podas delphicos in circo ad ſpectacu-
lum dedit.Que cũ ipſo videantur a ſpe-

etu ſuperfluere feruntur.

¶Socrates.

¶Interea mater E imperatoris helena cuius cognomine vicũ deprani princeps ciuitatis dicauit helinopolim ammonita per ſomnum ad hieroſolimam properauit: et quondam hieruſalem deſertam ſicut pomorum cuſtodiarum inueniẽs requiſiuit ſepulchrum chriſti. Quod licet difficillime tamen inuenit. Itaqꝫ repente templum illud ſceleſtiſſimum deici iuſſit. Et palam facto domini monumento apparuerũt circa eum ſuffoſſe tres cruces et claui ſimul et titulus literis hebraicis grecis latiniſqꝫ cõſcriptus. Ieſus nazarenus rex iudeorũ. ¶Sozomenus. Dicitur F autem qꝛ iam mortuus crucis tactu ſurrexit. De hoc ligno ſibilla dixit apud paganos O ter beatum lignum in quo deus extenſus eſt. Tunc ergo que crux eſſet domini que latronum dubitare ceperunt. Proinde machurius ciuitatis preſul huiuſmodi tractatu dubitationem ſoluit. Mulieri namqꝫ nobilitate clare lõga egritudine fatigate: vnam illarum crucium cum oratiõe prõptiſſima adhibens virtutem ſaluatoris agnouit. Mox enim vt mulierem crux attigit paſſionem ſeuiſſime egritudinis effugauit et femine ſalutem reſtituit. ¶Theodericus. Sic itaqꝫ G mater imperatoris quod cupiebat agnoſcens de clauis quidem quibus manus chriſti fuerunt perforate alios in galea miſit imperatoris filij capitis prouidentiam gerens. vt iacula bellica ſubmouerent. Alios freno equino permiſcuit: et cautelam imperatoris agens et veterem prophetiam adimplens. Olim enim zacharias clamauerat propheta dicens. Et erit quod in freno eſt ſanctum domino omnipotenti. Salutaris vero crucis partem quidem aliquam regalibus diſtribuit. ¶Socrates. ¶Quam conſtantinus ſuſcipiens et credens H ſaluatori ciuitatem vbi hec particula ſeruaretur in ſua ſtatua ſicut fertur in foro conſtantini poſita ſuper columnam porphireticam deuote condit. ¶Theodo. ¶Reliquam vero partem in I argẽtea theca clauſam ciuitatis tradidit ſacerdoti. Et vndiqꝫ congregans artifices maximas illic ornataſqꝫ edificauit eccleſias. His itaqꝫ geſtis conuiuio exhibito virginibus ſacris et ipſa miſterium ancille gerens vltra octogeſimum annum etatis agens et his ſimilia faciens redit ad filium. Et cum leticia tranſiuit e ſeculo multa filio pietatis mandata committens nouiſſimis benedictionibus adimpleto. ¶Socrates. ¶Poſt hec imperator igitur K coram maximam chriſtianorum habens. paganorum ſuperſtitiones auerſabatur. Remouitqꝫ monachias et ſuas imagines in templis poni precepit et cubitum quo menſuratur nilus non iam in templum ſerapidis annis ſingulis ſed in eccleſias portari ſanciuit. ¶Sozomenus. L. ¶In omnibus itaqꝫ volens ſimilem monſtrare rome cõſtantinopolim fruſtratus nõ eſt. Nam ⁊ corporibus et diuitijs maior effecta eſt. Quod ideo prueniſſe credo propter amorem dei: quem ciuitas gerit et habitatorum circa indigentes auxilium. In tantum namqꝫ fides creuit vt multi quidem iudeorum ciuium pagani vero pene omnes chriſtianam illic conuerterentur ad fidem. In qua vrbe creſcente quo tempore religio noſcitur ampliata. Nam neqꝫ are neqꝫ pagana templa: aut ſacrificia facta ſunt niſi ſub iuliano in breui tempore. quod mox probatur extinctum. Hanc igitur tanꝙ nuper conditam xp̄i ciuitatem. Cõſtantinus ſuo nomine dedicauit multis eam et magnis exornans eccleſijs. Iuuabatqꝫ diuinitas imperatoris vota et apparitionibus multis indicabatur quia ſancte ſalutareſqꝫ eſſent que illic edificabantur eccleſie.

¶Capitulum. xix. A

INſignis itaqꝫ locus ex illo tp̄e claruit peregrinis et vrbicis vbi olim quidem veſta colebatᷓ poſtea vero eccleſia facta eſt. Qui loc⁹ nunc michaelũ nuncupatᷓ: l dextera poſit⁹ parte nauigantiũ a põto ad cõſtãtinopolim diſtãs ab ea nauigio q̄dē ſtadijs fere triginta ⁊ quinqꝫ Per terrã vero circũuenientibus omnem ſinum vſqꝫ ad ſeptuaginta

et amplius tenditur. Sortitus eſt igitur
is locus appellationem nunc vſqꝫ ſerua
tam eo ꝙ illic manifeſte cernitur appare
re michael archangelus quod etiaꝫ ego
intus eximie verum eſſe confirmo. Oſtē
dit igitur hoc ita etiam multis alijs vir
tus diuina per ipſarum rerum experi=
menta. Quidam enim in cauſis crude=
libus aut ineuitabilibus periculis aliȷ̃
vero in languoribus aut ignotis paſſio=
nibus incidētes hic orantes ad deum li
berari ꝓmeruerunt. ſed que ſingula quō
illic miracula contigerint narrare longū
eſt. Que vero prouenerint aquilino no=
bis noto ⁊ in cauſis forenſibus ſocio par
tim ab eo audiens: partim ipſe cogno=
ſcens neceſſario pandam. Cum eum ar
dentiſſima febris rubeis coleribus mota
comprehendiſſet: eſtuanti poculum de=
derunt medici quod euomuit: moxqꝫ cuꝫ
vomitu diffuſa colera ſuperficiem vultꝰ
eius ſimili ſui colore tinxerunt. Quam=
obreꝫ quicquid comederet ⁊ biberet euo
mebat. Cumqꝫ hoc diu pateret: nec eſca
ad nutrimenta proficeret heſitabat ars
medicorum: ⁊ dum morti vicinꝰ eſſet iuſ
ſit ſuos vt eum ad locum hunc ducerent
credens aut illic ſe mori aut lāguore pri
uari. Jacentiqꝫ per nocteꝫ diuina virtus
apparens: ꝑcepit vt quicquid comede
ret in huiuſmodi potionem tingeret que
eſſet ex pipere et vino et melle confecta.
Quo facto ab egritudine liberatus eſt.
Quippe cum medicus ratione medicine
videatur eſſe contrarium calida pocula
colericis exhibere. ¶ Audiui enim ⁊ pro
bianum vi ꝛꝫ rum in palatio haben
tem militiam medicorum crudeli poda=
gre paſſione detentum ibi doloribus li=
beratum eiqꝫ apparuiſſe ſanctam mira=
biliter viſionem. Cum enim dudum pa
ganus eſſet factus poſtea chriſtianꝰ: ali
quatenus dogma ſequebatur. Totius
vero ſalutis cauſam ideſt ſacratiſſimam
crucem nolebat adorare. Hanc habenti
ſententiam diuina virtus apparens ſi=
gnum monſtrauit crucis quod erat poſi
tuꝫ in altario eius eccleſie. Et aperte pa
lam fecit quia ex que crucifixus eſt chri
ſtus omnia quo ad vtilitateꝫ humani ge
neris facta ſunt quolibet modo preter
virtutem adorante crucis geſta non eſ=
ſent neqꝫ ab angelis ſanctis neqꝫ a pijs
hominibus.

¶ Capitulum vigeſimum.

CUm itaqꝫ po
puli et ciuitates ad cultū
chriſtianitatis accederēt:
et ceteri pro filijs ⁊ vxori=
bus metuētes ne quid ma
li paterentur ſi contradicerent: quieti va
carent: nudati ſolatio multitudinis tem
plorum cultores et ſacerdotes et ſimula
chra apud ſe repoſita pretioſiſſima tra=
diderunt: et que iouis fulmina vocaban
tur et per ſemetipſos hec educebant ex
aditis et templorum latentibus locis
queqꝫ prius inuiſibilia apud ceteros
erant / et ſolis ſacerdotibus manifeſta
facta ſunt omnibus valde viliſſima.
Alie vero imagines: et ſtatue ex pretio=
ſa confecte materia: igne cremate ſunt
et pecunie publice ſociate. Que vero ex
ere mirabiliter facta videbantur: ad cō=
ſtantinopolim ſunt aducta ornatus cau
ſa et hactenus in publico collocata ⁊ per
plateas et in circo atqꝫ regalibus: ideſt
phycij diuinatoris appollinis et muſe
helliconides et delphici tripodes. Spo
liataqꝫ ſunt iannis templa ⁊ alia laquea
ribus ſunt nudata: alia vero neglecta
ad ſordes vſqꝫ: ad ruinamqꝫ perducta
ſunt. Tunc itaqꝫ perierunt et penitus
ſunt euerſa: id eſt in egeas cilicie tem=
plum Aſclepij et in Aphicis iuxta mon=
tem libanum: et adonem fluuium: vene=
ris domus: vtraqꝫ apud illos inſignia:
eo quod egeate gloriarentur quaſi lan=
guentes corpore curarentur apud eos
demone noctibus apparente atqꝫ curan
te. In aphicis autem quia per inuoca=
tionem quandam certo die de ſummita
te libani montis ignis fulgens veluti ſy
dus in proximum flumen velociter oc=
cumbebat quod dicebant venerem eſſe.

¶ Sozomenus.

¶ Capitulum.xxi.

INterea cū mul=
titudo nimia gentium migado
rum ex trachia tranſiſſet in

ſiſam: ⁊ alij aliũde barbari hoc egiſſent contra romanos: multi ſacerdotum chriſti captiuati cum eis erant. Cumq; langueſcentes curarent ⁊ demones effugarent: chriſtũ ſolũmodo nominantes ⁊ filiũ inuocantes dei: inſuper et cõuerſationem philoſophantes inculpabilem et omnem maculam virtutibus euincẽtes ammirati barbari virorum vitam ⁊ opera ſimul egregia bene ſe ſapere crediderũt ⁊ deũ habere propitiũ ſi meliores imitarentur homines et ſicut ipſi placarent deum. Et conſtituentes ſibimet ex eis bene agendi preceptores edocebantur et baptizabantur et conſequenter in eccleſias occurrebant.

¶ Theoderi. ¶ Capitulũ. xxvj.

Autores igitur arrij nequiſſima non reliquere concilia. Huius em̃ cauſa in confeſſione fidei etiam manibus conſenſerunt qui poſtea imitati ſunt geſta luporum. Nam cum ſanctiſſimus alexander q̃ ſuis orationibus arrium fuerat iaculatus: id eſt bizantij pontifex ſic em̃ tunc vocabatur. Conſtãtinopolis ad meliorẽ tranſlatus fuiſſet vitam: euſebius defenſor impietatis paruipẽdens regulas quas ante paululum cũ alijs pontificibus ipſe conſcripſerat: repente nicomediã deſerens conſtantinopolitanã arripuit ſedẽ: regulis e diuerſo clamitãtibus epiſcopos ⁊ preſbyteros nõ licere ex alia trãſire ad aliã ciuitatem. Sed mirum non eſt vt qui ſic inſaniunt aduerſus vnigeniti deitatem licẽter etiam alias trãſgrediãtur leges. Non em̃ tunc ſolũmodo hãc nouitatem fecit ſed etiã olim aliud ſimile perpetrauit. Qui dũ in berito eſſet eps tranſiliuit in nicomediã: ⁊ ex ea denuo poſt cõciliũ inſania aperte impietatis exactus eſt: ⁊ cũ eo theognius nicenus. Qđ imperator cõſtantinus literis manifeſtũ fecit. Ego vero huic operi finẽ epiſtole inſerere iudicaui. Scripſit enim hec nicomedienſibus.

¶ Quis eſt qui hec ita populũ docuit innocentem? Euſebius vterq; tyrãnice crudelitatis executor. Quia enim vbiq; tyranni noſcitur eſſe cliens ex multis rebus apparet. Hoc namq; veraciũ epiſcoporum teſtatur interitus: hoc etiã chriſtianorũ crudeliſſima pſecutio clamat aperte. Nihil em̃ de iniurijs mihi factis nũc aio per quas qñ maxime aduerſarũ partium inſidie diſcurrebãt: iſte etiam oculos ptra me habebat intẽtos. Cui hoc defuit ſolum q, non et armatũ miniſterium tyranno licẽter exhibuit. Neq; me quiſpiam putet ad horum probationem minus inſtructũ. Iudicium nãq; manifeſtum eſt quia preſbyteros et dyaconos ſequẽtes euſebium aperte conſtat a me deprehenſos. Sed hec quidem tranſeo que nunc non indignationis gratia: ſed ad illorum cõfuſionem a me prolata noſcuntur. Hoc ſolũ formido: hoc cogito quia nos ad cõmunionem criminis vocari cõſpicio. Propter euſebij namq; ſeductionem ⁊ ſubuerſionem cõſcientiã percepiſtis, a veritate ſeparatam. Sed erit huius rei nõ tarda ſalubritas: ſi epm fidelem et integrum nunc ſumentes reſpiciatur ad deum. Qđ vtiq; ad preſens in vobis eſt ſtudium dudum oportuerat in veſtro pendere iudicio: niſi predictus euſebius peſſima conſciorum ſuorum tuitione veniſſet hic ⁊ ordinẽ rectitudinis impudẽtiſſime confudiſſet. Sed qm̃ de memorato euſebio apđ veſtrã caritatem nos breuiter loqui decet audite. Meminit veſtra patientia factum in nicea ciuitate conciliũ. Cui ⁊ ego ipſe conſcientie mee cultum decẽter exhibui / nihil aliud volens q̃ concordiam oĩbus fabricari: et precunctis arguere et remouere hanc cauſam q̃ principiũ quidem habuit per arrij alexandrini ſuperbiam corroborata vero per euſebij prauum peſtiferũq; votũ. Sed ipſe euſebius o amabiles atq; cariſſimi cũ quanta putatis diſcuſſiõe quippe cõſcientia ſua victus / cũ quanta cõfuſione mendacio vndiq; declarato degebat. Immittens quidem mihi diuerſos qui pro eo depoſcerent. Petens vero a me quoddam ſolatiũ ne tanto malo cõuictus ſuo honore priuaretur. Teſtis eſt mihi dñs huius rei qui et in me ⁊ in vobis benigno amore conſiſtat. Nam etiã me illi diuertit ⁊ indecenter arripuit qđ vos quoq; noſtis. Tunc enim oĩa geſta ſunt ſicut ipſe deſidera-

bat: quia omne malum in ſua conſciẽtia
recondebat. Sed vt cetera peruerſitatis
eiꝰ omittã quid maxime cũ theognio ne
quitie ſue participe egerit audite depo-
ſco. Alexãdrinos quoſdã a noſtra fide re
cedentes hic deſtinari preceperã: qm̃ ho
rum miniſterio mentis flamma vrgebat.
Sed iſti benigni ⁊ optimi nimis epiſco-
pi quos ſimul concilij veritas ad penitẽ
tiam reſeruabat nõ ſolũ receperũt eos ⁊
apud ſe ſeruauerũt: ſʒ etiã malis eoꝝ vo
luntatibꝰ cõicare decreuerũt. Quapro-
pter hoc circa iſtos igratos decreui per-
agere vt abrepti procul deportarentur
exilio. Nunc itaqꝫ veſtrum eſt ad deũ il-
la fide reſpicere qua ſemper et fieri con
uenit et eſſe decet ⁊ agere. Ep̃os em̃ pu-
rificatos et orthodoxos atqꝫ clementes
nos gaudeamus habere. Si quis autez
ad memoriam illorũ peſtilentiũ aut ad
laudẽ improuide preſumit forſitan exci-
tari repẽte in ſua p̃ſumptiõe miniſtri dei
hoc eſt in eo opere cõprimetur. Dñs vos
cuſtodiat fratres cariſſimi.

¶ Theodoricus. Capitulum. xxiij.

Nuncigit̄ iſti ⁊
dannati ⁊ ciuitatibꝰ ſunt
expulſi. Et i comedia qui-
dem appion ep̃s ordinatꝰ
eſt in nicea autẽ xp̃s. Sed
rurſus cõſuetas machinationes exercen
tes ⁊ imperatoris clementiã acceſſibilẽ
ſuis fallacijs inuenientes/reſtituti ſunt
prioremqꝫ potentiã receperunt. Euſebius
etenim ſicuti iam dixi etiã cõſtantinopo
litanũ tenuit tyrannice preſulatũ et po-
tiorem percepit preſumptionem frequẽ-
ter ad imperatorem veniẽs et fiduciam
ex crebra collocutione mercatus contra
veritatis ꝓpugnatores ſeuas contẽtio-
nes inſtituit. Et primũ quidẽ cupere ſe
hieroſolymoꝝ loca profeſſus eſt: ⁊ impe
ratorem tanqꝫ famoſiſſimuz viſurus edi
ficationis opus prouida cogitatione ca
ptauit. Quapropter cum multo honore
dimiſſus eſt imperatore vehicula ⁊ alia
ei diſtribuente ſolatia. Profectus igitur
eſt cuz eo theoginus nicenus particeps
malignorum conſiliorum eius ſicuti iaz
diximus. ¶ Capitulum. xxiiij.

Veniẽtes em̃
in anthiochia ⁊ amicitia-
rum induti vultũ maximã
mulctatiõe potiti ſũt. Ve-
ritatis ꝓpugnator magnꝰ
Euſtacius: largam ei hoſpitalitatẽ fra-
ternitatis exhibuit. Cumqꝫ ad ſacratiſſi
ma loca peruenĩſſent et concordes vi-
diſſent ſuos: hoc eſt euſebium ceſarien-
ſis ſcytopolitani patrofilum et etiã lid-
de/laodicie theodotum et alios qui le-
prã arrij ſuſceperunt nũtiauerunt eis
q̃d cogitauerant ⁊ cũ eis venerunt ad an
thiochiam. Et ſchema quidez ſub hono
re permittebatur aduẽtus eorũ: quod ve
ro propinabatur erat pietatis bellũ. Mu
lierem namqꝫ proſtantem mercede nego
tiantes et linguã eius ſibi impendi per-
ſuadentes ad conſilium venerunt. Pro-
inde alios oẽs foras ire precipiẽtes tũc
miſerrimã introduxere mulierem. At il-
la infantulum ſub mãmilla demonſtrãs
aiebat ex cõcubitu Euſtachij illũ ſe et cõ
cepiſſe et generaſſe: eumqꝫ clamabat ſe-
pius impudentẽ. Is autẽ qui calumnie
eius tam manifeſte conſcius erat iuſſit
vt hanc rem ſi qui ſcirent deducerentur
ad medium. Illa vero dicente nullum ſe
habere accuſationis teſtem iuſiurandũ
ei iuſtiſſimi iudices intulerunt lege ſcili
cet aperte clamante. In duobus aut tri
bus teſtibus credi eſſe veracia q̃ dicunt.
Necnon et apoſtolo precipiente vt nul
lus aduerſus presbyterũ inſcriptionẽ fa
ctaz extra duos aut tres teſtes accipiat.
Sed iſti ſacras contẽnẽtes leges cõtra
talem viruz accuſationẽ ſine teſtimonio
receperunt. Cum ergo illa mulier p̃buiſ
ſet adiecit affirmãs q: ille infans ex con
cubitu eſſet euſtachij. Tũc itaqꝫ tãqꝫ ad
uerſus adulterum iſti amatores verita
tis ꝓtulere decretum. Alij quippe de põ
tificibus cum vtiqꝫ multi adeſſent ⁊ pro
aplicis dogmatibꝰ repugnarẽt ⁊ omni-
modis que fuerant cõtinuata neſcirent
aperte reclamantibꝰ ⁊ magnũ euſtachiũ
collaudantibꝰ decretũqꝫ illoꝝ iniquũ ſu
ſcipi ꝓhibentibꝰ. Hoc itaqꝫ facto veloci
ter huiꝰ note ꝯtinuato res ad imperato
rem ꝓfecti ſunt eiqꝫ perſuaſerũt q: vera

fuiſſet inſcriptio et depoſitiōis euſtachij iuſta ſententia quē tanq̄ȝ adulteruȝ atq̄ȝ tyrannū expelli fecerūt exercitatorē pie tatis ſimul ⁊ caſtitatis egregiū: ⁊ ille qui dem per tracias ad illirici deductus eſt ciuitatē. Iſti vero ꝓpius quidē pro eo or dinauerūt eulaliū. Quo tp̄e pauco viuē te euſebium paleſtinenſem illic migrare voluerūt. Eo q̄ fugiente mutationē et ſi mul imperatore prohibēte fecerūt eufro niūm. Quo etiā anno ⁊ paucis mēſibus in ep̄atu defuncto flactio illius eccleſie tradidere pontificatū. Iſti vero oēs pe- ſtem arrij habuere celatam. Propterea namq̄ȝ multi pie viuentiū ⁊ ſacerdotū et reliq̄ꝝ eccleſiaſtica relinquētes collegia apđ ſemetipſos cōueniebant. Quos vni uerſi euſtachianos appellabant / q꞉ poſt egreſſum illi᷒ ſcorſuȝ cōgregabant. Por ro mulier illa miſeram paſſionem crude liſſimi languoris incurrēs: manifeſtauit inſidias. Et illaȝ traguedie cōpoſitionē pariter enudauit: nō duobus vel tribus ſed multis valde ſacerdotibus que con- cinata videbantur inſinuans. Ait em̄ ꝓ pecunijs illā ſe facere preſumpſiſſe colū nam. Iuſiurādū tn̄ nō omnino fuiſſe fal- ſum q꞉ ille infans de quo iurauerat fili᷒ erat cuiuſdā euſtachij noīe fabri ferrarij.

Socrates. Capitulum. xxv.

Tunc igitur in anthiochia grauis ſedi- tio in euſtachij depoſitio ne ſurrexit: ⁊ poſtea đ ep̄a tus electione tātus ignis accēſus eſt vt pene ciuitas vniuerſa de- periret populo in duas partes diſſidēte. Et alijs quidē euſebiū paleſtine trāſfer- ri cōtendentibus in anthiochiā: alijs ſtu dentib᷒ vt reuerteretur euſtachius. Erat em̄ in vtraq̄ȝ parte et populus ciuitatis ⁊ militaris manus: ⁊ tanq̄ȝ aduerſus ho ſtes cuncti mouebantur vt pene vſq̄ȝ ad gladios peruenirēt niſi deus ⁊ timor pri cipis cohiberet. Nā īperator ſuis ep̄l'is ſeditionē cōpeſcuit. Euſebius aūt pale- ſtine repudiauit qđ ammiratus impera tor ſcripſit ei ꝓpoſitū laudans eūq̄ȝ btm̄ vocās ⁊ q꞉ nō vni᷒ ciuitatis ſȝ toti᷒ orbis poti᷒ digne decerneret ep̄s. De cetero au tem per annos octo dicitur anthiochens eccleſie vacaſſe ſedem. Tandem vero ſtu dio inimicorum nicene fidei ordinat eu- fronius. His igitur in hoc volumine rite contextis tempus eſt vt ſequentis libri ordiamur initium.

Hyſtorie eccl'iaſtice liber ſcđs explicit.

Incipit liber tertius.

Incipiunt tituli libri tertij.

i De conuerſione gentis indoruȝ atq̄ȝ perſarum.
ij Quō iudei xp̄ianos accuſauerit apud perſas q̄ vel quāti vel q̄b᷒ modis paſſi ſunt apud perſas.
iij Ep̄l'a cōſtantini apud perſarum regem pro xp̄ianis.
iiij De alexandri pōtificis alexādri ni fine ⁊ initio p̄ſulis athanaſij.
v Que cōtra athanaſiuȝ geſta ſint ⁊ quō refugit ad principem.
vj Quō ſit arrius ab exilio reuoca tus ⁊ qualē libellū dederit cōſtā tino et de fraudibus arrianorū.
vij Epiſtola conſtantini euocantis epiſcopos vt athanaſij cauſas ipſe cognoſceret.
viij Quia venientes ep̄i arrio fauen tes athanaſio detraxerūt ita vt exilio mitteretur.
ix Quō marcellus anciranus depo ſitus ſit ⁊ aſterio ſophiſta.
x Quō arrius dū ſtudet ab alexan dro conſtantinopoleos in cōmu nione ſuſcipi ſit extinctus.
xj Quia pri᷒ arriani cū ortodoxis cōueniebāt atq̄ȝ cōmunicabant ⁊ de lege cōſtantini qui iuſſit he reticorum oratoria eccleſias ap pellari.

Quō ⁊ vbi conſtantinus imperatores tres filios ſuos ordinauit et percepta ba ptiſmate ſit defunctus.

Sozomenus. Capitulum. j. B.

In tēporib᷒ religioſi principis conſtā tini et indorum gentes et et hiberorum chriſtiani dogmatis rudimenta ſu- ſceperunt. Sed etiam armenios tūc pri- mum audiui chriſtianos effectos. Aiunt

enim tyꝛidatem regem tunc gẽtis illius
ex quodam mirabili ſigno dei quod cir=
ca eius domum euenit chꝛiſtianum fuiſ=
ſe factum: et omnes ſimul eius ditioni
ſubiectos vna pꝛeceptione iuſſiſſe: vt ſi=
militer deo colla ſubmitterent. Unde et
apud ceteros confines chꝛiſtianum do=
gma tranſiuit et multitudine dilata=
tum eſt: Apud per B ſas autem initiũ
chꝛiſtianitatis eſtimo celebꝛatum. Dum
quidam eoꝛum occaſione commercij ad
aſtromos et armentos venientes vt aſſo
ler ſanctis illis colloquerentur viris et
eoꝛum virtutes experirentur.

¶ Capitulum ſecundum.

Cumq; tẽpo=
re procedente creſcerent
et eccleſias et ſacerdotes
pariter ceteroſq; mini=
ſtros habere ceperunt.
Hoc autem factum non mediocriter cõ=
triſtabat magos: qui religionem perſa=
rum veluti quadam ſacerdotalis tribus
per ſucceſſionem generis ab initio com
miſſam habere noſcuntur. Afficiebat enĩ
etiam iudeos naturaliter quodammo=
do chꝛiſtiani dogmatis inimicos A
Quapꝛopter accuſauerunt apud Sapo=
rem tunc regem ſymeonem archiepiſco
pum ſelentie et theſitontis ciuitatum in
perſida regalium tanq; amicus: eſſet ce=
ſari romanoꝛum eiq; perſarum negotia
depalaret. Credens autẽ derogantibus
his ſapoꝛ pꝛimũ quidem tributis immẽ=
ſis chꝛiſtianos afficiebat eo q plurimos
coꝝ agnoſceret ⁊ q: paupertatem magis
eligerent crudelibuſq; viris huiuſmodi
exactiones iniunxit quatenus ex egeſta
te pecuniarũ ⁊ nimietate exactoꝝ vim
paſſi: pꝛopꝛie religionis iura contemne=
rent. Poſt hec autẽ ſacerdotes miniſtroſ
q; dei gladijs minacibus interemit. Ec=
cleſias ſubuertit et vaſa eoꝛũ omnia pu=
blicauit. Symeonem vero iuſſit deduci
ad ſe tanq; proditoꝛem perſarum regni
atq; religionis. ¶ Magi ſiquidem au=
xiliantibus ſibi iudeis cum feſtinatione
ſanctas eccleſias deſtruebant. Symeon
aũt cõpꝛehenſus ferroq; vinctus ad regẽ
vſq; deducit. Quo vir effectus magnus ⁊
omni foꝛtitudine pꝛecioſus. Nam cũ eum
toꝛquendũ ſapoꝛ iuſſiſſet introduci neq;
timuit neq; adoꝛauit. Pꝛo qua re vehemẽ
tius efferatus rex inquiſiuit cur nõ ado=
raſſet, Quippe quod pꝛius facere cõſue=
uerat. Ad quẽ Symeon. Pꝛius qui=
dẽ non vinctus adducebar: vt negarẽ ve
re dei culturã: ⁊ nihil indubitãs q̃ ſunt ſo
lennia regis implebam. Nunc autẽ fas
mihi non eſt hoc agere. Ueni namq; pꝛo
noſtro dogmate et pietate decertaturus
Hec dicentẽ pꝛecepit rex adoꝛare ſolem
⁊ faciẽti plurima ſe daturũ ⁊ cũ maximo
honoꝛe munera compꝛomiſit. Reluctan=
tem vero interminatus eſt eſſe moriturũ
et omniũ chꝛiſtianoꝛum gentem. Cumq;
nec terroꝛibus potuiſſet mouere ſymeo=
nem nec mulcere pꝛomiſſionibus: ſed foꝛ
titer permaneret nunquãq; adoꝛaret ſo=
lem: nec pꝛoditoꝛ ſue religionis exiſteret:
pꝛecepit eum in vinculis retineri: credẽs
eum poſſe longo tempoꝛe declinare. Cũ
B q; duceretur ad carcerem vidit eum
vſtazadis senioꝛ quidam eunuchus nu=
tritoꝛ ſapoꝛis et maioꝛ regie domus. Et
conſurgens adoꝛauit eum: ſedebatq; nã=
q; ante ianuas regis: quem ſymeon in=
crepauit iniurioſe ⁊ cũ furoꝛe clamauit:
aduerſatuſq; deſpexit. Is enĩ dũ chꝛiſtia
nus eſſet/non ante multũ tẽpus vim paſ
ſus adoꝛauerat ſolẽ. Quo facto repente
flens eunuchus cũ gemitu quidẽ veſtem
clarã qua indutus erat exutus eſt: et lu=
gubꝛẽ accipiens amictum: ante domũ re
giã ſedebat flens atq; gemẽs. Heu inq̃t:
qualẽ credã eſſe circa me deum: quem
ego negaui: dũ pꝛo hac cauſa dudũ ami=
ciſſimus ſymeon neq; verbũ mihi reddi=
derit: et ſic aduerſatus cũ furoꝛe tranſi=
uit: dũq; hec ſapoꝛ audiuit euocãs eum
cauſam luctus iquiſiuit: aut ſi qua ei cir
ca domũ erũna contigerit. Reſpondens
vſtazadis ait. O rex nihil in huius ſecu=
li domo infoꝛtunij paſſus ſum. Utinã pꝛo
his que mih. nũc euenerũt: vniuerſas ca
lamitates alias incidiſſem. Lugeo nãq;
cur viuo? qui dudum moꝛi debueram.
Uideo ſolem quem tibi parere volẽs nõ
voto mee voluntatis adoꝛaui. Quapꝛo=
pter pꝛo vtroq; me moꝛi iuſtiſſimum eſt:
q: pꝛoditoꝛ ſum chꝛiſti ⁊ te quoq; decepi.

Et ille quidem hoc dicens iurauit celi ⁊
terre creatorem et ſuam vlterius non ſe
mutare ſententiam. Sapor autem ani=
miratus eunuchi conſtantiam. amplius
ſeuiebat aduerſus chriſtianos: tanq̃ ma
leficijs hoc agere preualerent. Parcens
autem ſeniori nunc lenitate: nunc minis
omni virtute eum ſe ſubuertere iudica=
bat. Cumq; nil ageret vſtazade profiten
te nunquam ſe fore ſic fatuū vti pro deo
creatore cunctorum illa coleret potius
que a deo creata ſunt. Tunc ira commo=
tus iuſſit gladio caput eius abſcindi.
Cumq; duceretur ad necem: rogauit ſpi
culatorem vt paulum ſuſtineret tanq̃
aliquid regi mandaturus. Et vocās quē
dam fidelium eunuchorum iuſſit vt diceret
hec Sapori. Pro fauore quem hactenus
a iuuentute habui circa veſtram domū
o rex patri tuo et tibi miniſtrans ſtudio
competenti. teſtibus nō indigeo. Tu nā=
q; bene noſti pro omnibus: ergo que ali=
quando vobis impendi redde mihi com
penſationem huiuſmodi: ne quis igno=
rantium putet me ſupplicium ſuſtinere
tanq̃ infidelem regni: aut male cuiuſpiā
voluntatis: ſed vt potius manifeſtū fiat
quod agitur: preco clamans denuntiet
vniuerſis: quia vſtazadis capite trunca
tur non regis inimicus ſed chriſtianū ſe
eſſe profeſſum et deum proprium apud
regem negare contemnens. Hec quidem
eunuchus regi nuntiauit. Porro Sapor
ſecundum petitionem vſtazadis p̄conem
clamare precepit. Eſtimabat enim alios
poſſe a chriſtianitate reuocare chriſtia=
nos ſi mente perciperent: quia nulli par
ceret chriſtiano: qui ſenem nutritorem ⁊
deuotum ſue familiaritatis occideret.
Uſtazadis autem ſtuduit clamare cau=
ſam ſue necis credens quia cum per ter=
rorem adoraſſet ſolem multos chriſtia=
norum deduxerit ad timorem. Nunc au
tem cognoſcentes pro religione mortuū:
imitatores multos ſue virtutis efficeret
Hoc itaq; modo vſtazadis glorioſiſſima
morte tranſlatus eſt. ❡ Sy C meon
autem cognoſcens in carcere gratificos
pro eo hymnos obtulit deo. Altera vero
die que erat ſexta feria ſeptimane maio
ris in qua ante reſurrectionis feſtiuita=
tem annua ſalutaris paſſionis memoria
celebratur: etiam Symeonem decreuit
rex ferro perimere. Deductus enim rur=
ſus e carcere ad palatium regis nimis
intrepide loquebatur ſapori de dogma=
te et nec illum: nec ſolem paſſus eſt ado
rare. Eademq; die ſimiliter interimi iuſ
ſi ſunt: et alij centum in carcere conſtitu=
ti. Nouiſſime vero Symeonē occidi pre
ceptum eſt: ita vt mortem videret vniuer
ſorum. Erant etenim horum alij quidā ep̄i: alij
p̄ſbyteri alij diuerſorum ordinū clerici. Cū=
q; omnes ducerentur ad mortem adue=
niens ſummus princeps magorum inter
rogabat eos ſi vellent viuere. et regis re
ligionem colere et ſolem pariter adora=
re. Cumq; hanc nullus eligeret vitam: ſpi
culatores circa necem martyrum labora
bant. Symeon autem aſſiſtens conforta
bat vniuerſos/ et de reſurrectione ac pie
tate loquebatur atq; de ſacris ſcriptu=
ris adhibens fidem/ dicebat vitam qui=
dem veram eſſe ſic mori: mortem vero ma
nifeſtam negare deum adijciens: quia
poſt paululum etiam nullo perimente
ſponte mors accidit. Hic eſt enim omni=
bus natis finis ineuitabilis. Poſt hec au=
tem perpetuitas non omnibus ſimiliter
accidit: ſed velut ex quodam pondere om
nem rationem reddent homines huius
vite: et eorum que bene geſſerunt retri=
butionem et penas malorum ſine dubi=
tatione recipient. Maius autem bono=
rum omniū nihil eſt ac beatiſſimū: q̃ eli
gere mori pro deo. Hec dicente ſymeone
et tanquam filios edocente: in certami=
nibus ſacris modo que decebat vnuſq̄ſ=
q; excitatus alacriter currebat ad ne=
cem. Cumq; omnes centum ſpiculator
tranſiſſet: nouiſſime venit ad ſymeonem
et abedecallam et ananiam/ ambo nam
q; ſenes: cani ſub eccleſia conſtituti: cum
eo fuerant comprehenſi et erant in vin=
culis. D ❡ Tunc itaq; puſicius qui ſu
per omnes artifices regis erat ibi conſi=
ſtens: et videns ananiam trementem cū
prepararetur ad necem ait. Paululum o
ſenex claude oculos et ſecurus eſto: mox
enim chriſti videbis aſpectum. Cumq;
dixiſſet hoc repente comprehenſus du=
ctus ad regem et chriſtianus eſſe mani=
feſtatur

feſtatur eo ꝙ pro dogmate fuiſſet locut⁹
libera intentione martyribus . Tunc rex
extraneo quodam et crudeli modo eum
mori precepit ita vt ꝑforāta ceruice exin
de linguam eius eijcerent. Hoc itaqꝫ fa=
cto quibuſdam accuſantibus etiam filia
eius virgo ſacra tunc cōprehenſa perem
pta eſt. Sequēti vero anno die quo paſ=
ſionis E chriſti memoria celebrabatur
et expectabatur reſurrectiōis feſtiuitas
crudeliſſima saporis preceptio ꝑ omnez
perſarum cucurrit terrā: morte condem=
nans eos qui ſe ꝓfiterentur eſſe chriſtia
nos. Quo tempore fertur vltra numerum
multitudinem chriſtianorum gladio ce=
cidiſſe. Alios namqꝫ ꝑ ciuitates et vicos
diligenter magi requirētes celatos in=
ueniebat. Alij vero ſponte nullo dicente
ſemetipſos offerebant: ne taciturnitate
chriſtum negare viderent. Igitur dum
oēs chriſtiani ſine parcitate perimeren=
tur etiā multi in ipſis regalib⁹ ſunt occi=
ſi: cū quibus ⁊ azoius eunuchus regi ma
xime gratus. Quod dum ſapor audiſſet:
triſtis factus: hanc generalē perēptionē
remouit: ⁊ ſolūmō ꝑceptores religionis
iuſſit occidi. Illo ſiquidem tpe in egritu
dine incurrente regina ſymeonis epi F
ſoror nomine tharbua comprehenſa eſt
cū famula: ſuā ſequente viā. Quas cōti=
git teneri ꝑ inſidias iudeorum accuſan=
tium: quaſi maleficia regine feciſſent: ꝓ=
pter ſymeonis mortem. Regina vero cuz
ſoleāt languentes huiuſmodi ſpe aures
accommodare ſuſpicata eſt verā eſſe de=
tractionem ⁊ maxime a iudeis factā: ⁊ cū
ipſa ſilia ſaperet eoſqꝫ ſine mēdacio et ſi=
bi fauētes arbitraretur. Sumentes autē
magi tharbuā ⁊ alias mortis acerbe per
culere ſupplicio. Stipitibus enim alliga
tas: ſerraqꝫ ſcindentes ꝑ mediū eas cru=
deli nece lacerauerunt. Et quaſi expian=
tes reginā ꝑ medios ſtipites tranſire fe=
cerunt. Ferunt aūt iſtam tharbuam ſpe=
cioſam valde fuiſſe et a magis quibuſdā
adamatā: ⁊ latenter ad concubitum peti
tam promiſſa mercede ſalutis ſue et alio
rum ſi cōſentiret ad vitium. Que nec au
ditum luxurie paſſa eſt ſuſtinere ſed in=
iurijs pro turpi petitione relatis / alacri
ter acceſſit ad mortē ne traderet ſanctaz
virginitatem. Cumqꝫ G circuirent ma
gi et principes eorum vniuerſam prouin
ciam ſecundum saporis precepta: vt ſa=
cerdotes et doctores dogmatis apprehē
derent xpiani puniebant epōs ⁊ pbr̄os: ⁊
maxie per regionē abiabemiorū. Hic nāqꝫ
locus eſt perſic⁹ et plerunqꝫ xpianorū.
Hoc enim tpe et acepſimā epm apprehē
derūt: et multos clericorum eius tenen=
teſqꝫ ꝑſulē ſufficere ſibi crediderūt: alijs
nudatis ſubſtantijs dimittentes. Iacob⁹
autem qdam pbr̄ ponti ſequebat acepſi
mam ⁊ ſupplicans magis identidem me
ruit irretiri. Tūc enim et ſemꝑ alacriter
ſeruiebat et eius cladem aliquatenus le
uigabat: plagaſqꝫ vt poterat curare non
deſinebat. Poſt paululuz vero penis cru
delibus eum magi torſerūt: cogentes vt
adoraret ſolē. Quo reſpuente miſerunt
eū rurſus in vincula. Sꝫ ⁊ multos alios
pbr̄os et dyaconos habebant in carcere
poſt flagella. Pauco tpe pretereūte prin=
ceps magorum de eis conſuluit regem.
Acceptaqꝫ ptāte quod vellet: vt ageret
ſi ſolem non adorarent. mandauit eis in
carcere regiam volūtatem. Quibus ap=
te reſpondentibus nunqꝫ ſe fore ꝓdito=
res xpi: nec adorare ſolem ſine vlla par=
citate eos verberib⁹ laniauit. Cum qui=
bus acepſimas ꝓ confeſſione dogmatis
viriliter eſt defunctus. Quidā vero arme
niorū cum eſſent obſides apud Perſas /
corpus eius auferentes latēter ſepultu
re debite tradiderunt. Alij vero licet non
minus flagellati / preter ſpem vixerunt
et non mutantes voluntatem denuo ad
vincula ſunt reducti: cū qb⁹ erat aithal=
las. Qui dum nimis tenſus cederetur /
humeri ſunt diſiūcti: ita vt mortuas poſt
ea manus portare videretur: alijqꝫ eius
ori cibos offerrent. Sub hoc itaqꝫ regno
teſtimonio bone vite trāſlati ſunt ꝑſby
teri / dyaconi / monachi / et ſacre virgi=
nes: ⁊ in alijs officijs eccleſie cōſtituti: ac
pro dogmate laborantes innumere mul=
titudinis. Eodemqꝫ tempore H paſ=
ſus eſt vna cum marea bichor epiſcopus
atqꝫ clerici circa ducenti ⁊ quinquaginta
qui cū eo capti a Perſis fuerant cōprehē
ſi. Tunc I milleſius noie martyrio co
ronatus eſt: qui primū quidez militabat

apud Perſas. Poſtea vero relicta mili=
tia cõuerſationem zelatus apl'icam. Di=
citur enim quia dum in ciuitate perſica
eṗs fuerit ordinatus: multa ſepe ſit paſ=
ſus et plagatus: atq; tractus virili mẽte
ſuſtinuit. Cũq; nulli potuiſſet illic ſua=
dere vt xp̄ianus eſſet: grauiter ferẽs ma=
ledixit ciuitati ⁊ exinde deceſſit. Poſt pau
cum vero tp̄s primatibus eius loci in re
gem peccantibus ſuperueniẽs exercitus
cum trecẽtis elephantis ciuitatẽ ſubuer
tit: ⁊ velut deſolatã regionem arãtes ſe=
minib⁹ tradiderũt. Mileſius autẽ epiſco
pus ſolummodo perã circumferens: que
ſacrũ codicẽ euãgeliorum habebat per=
rexit orationem factur⁹ ad hyeroſolymã
et inde in egyptũ vt videret monachos
ibidem cõuerſãtes. Qualis igiť iſte ſan=
ctus ⁊ miraculorũ fuerit opator ſyri ſunt
teſtes: qui ei⁹ actus vitamq; ſcripſerunt.
Fertur itaq; eorũ qui tunc martyrio coro
nati ſunt ſub regno ſaporis virorum ac
mulierum fuiſſe milia quaſi ſedecim

Theodoricus. Capitulũ .iij.

N pſida ve=
ro fautoribus pietatis cõ
ſtantinus auguſtus ſpon
te pſpexit. Agnoſcens em̄
eos ab ipẏs vehemẽter af
fligi: eorũq; regem erroribus ſeuientem
diuerſa eis inferre picula ſcripſit eis per
legatos qui tũc aderãt monita pietatis:
rogans vt cultores dei apud eum digno
honore potirentur. Sed meli⁹ ſtudiũ pẏ
pricipis per eius literas valebit agnoſci.
Sacratiſſimam cuſtodiens fidem ve=
ritatis luce pticipat⁹ ſummi luminis ve
ritate gubernatus ſacraz cognoſco fidẽ.
Deniq; per hec ſicuti res ipſe confirmãt
venerabilem religionem eſſe conſpicio: ⁊
doctrinam agnitiõis ſanctiſſimi dei om
nibus offerẽtem huiuſmodi cultũ me ha
bere pfiteor: quia huius dei virtutem in
auxilio habens / inchoans a finibus oc=
ceani oẽm terrarum orbẽ firmiſſima ſpe
ſalutis obtinui: ita vt vniuerſi, q̄ p tot ty
rannorũ cladib⁹ quotidianis fuerãt ſub
iugati: et ad obſcuritatem vſq; perducti
reſumentes cõmunium rex vindictã: re
diuiua quodãmodo curatiõe reſurgerẽt.
Hũc deũ colo cui⁹ ſignũ deo dicat⁹ me⁹ ex
ercit⁹ portat i humeros: ⁊ a quo dñ iuſto
ſermone aliq̄d poſciť ipetrať. Ex ipſis aũt
trophęis iſignib⁹ bñficia repẽte ſuſcipio.
Hũc itaq; deũ imortali mẽoria me hono
rare pfiteor: eũq; ſumma puraq; mente
ſup oia eſſe credo. Hũc inclinatus genib⁹
inuocabo fugiẽs cunctũ abominabilem
ſanguinẽ ⁊ odores horribiles ac fugien=
dos: oẽmq; terrenã flãmaz nimis euito.
Quibus oibus nefandus ⁊ ineffabilis er
ror multos gentiũ ac genera vniuerſa p
ſtrauit: ⁊ inferno contradidit. Que enim
deus olm propter hominũ puidẽtiã ſua
clemẽtia vtilitatis cauſa pduxit i mun=
dũ. hec ad vniuſcuiuſq; deſiderium trahi
nõ patitur: ſed purã tm̄modo mẽtẽ ⁊ ima
culatã aiam: ab oibus exigit virtutis et
pietatis actus exq̇rit: mãſuetudinis ⁊ cle
mẽtie delectatur opib⁹ mites amat: ha=
bet odio turbulẽtos: diligit fidem: punit
perfidiam: oẽmq; potentiam cum faſtu
deſpicit: ſuperborũ punit aſperitatẽ: ad
faſtum eleuatos iterimit: hũilib⁹ aũt ac
patiẽtib⁹ digna retribuit. Sic itaq; etiã
regnũ iuſtũ magnipẽdens adiutorio ſue
virtutis extẽdit: ſapiẽtiãq; regiã pacis
trãquillitate cuſtodit. Non ergo videor
michi errare frater mi hũc eſſe confitẽdo
deũ omniũ pricipẽ atq; patrẽ: quẽ multi
regnãtes apud nos veſanis erroib⁹ ſe=
ducti: denegare tentarunt. Sed illos om
nes finis cõprehendit exitioſus ita vt om
ne genus hominũ poſt eos exurgẽs cla=
des eorũ p maledictiõis exẽplo pponere
videať. Horũ igiť vnũ eſſe reor valeria=
num / quẽ velut q̄dã v̄ga iracũdie diuine
de noſtris terris expellẽs v̄ris partibus
tradidit puniendum. Qui ſcilicet verecũ
die ſue famoſiſſimus / apd nos tropheũ
demonſtraſſe cognoſciť. Sed hoc quidẽ
in bonã partẽ cõuerſuz eſt: vt in nr̄o ſecu
lo hmõi ſuppliciũ fieret manifeſtũ. Uidi
nãq; ⁊ ego illoꝝ finẽ q̄ nup nefandis pce=
ptiõib⁹ deo deuotũ populũ turbauerũt.
Quapropť multas deo refero gr̄as: qm̄ i=
tegra puidẽtia oẽ gen⁹ humanũ colens
legẽ diuinã reddita ſibi pace decẽter ex=
ultat. Uñ etiã nobiſipſis credo qm̄ opti=
me cauteq; vniuerſa pueniũt: qñ p illoꝝ
purã pbabilẽq; religionẽ / diuinãq; cõ=

contordiã:vniuerſa in ſe dignatur erige
re.Igit̃ de tali hoim collegio.i.xp̃ianoꝝ
pro quibꝰ eſt mihi ſermo quẽ me libẽter
credis audire:qñ etiã eminẽtia loca pſi-
de per eos amplius ꝙ̃ cupio decorantur.
Tu ergo optime gubernaueris ſi fueris
ſicut illi:et habueris cõmune qđ illi.Sic
enim habebis oim dñm mitẽ placidũqꝫ
atqꝫ ꝓpitiũ.Hos igit̃ qm̃ tãtus ac talis
exiſtis/cõmẽdo tibi qm̃ ⁊ pietate proba-
ris inſignis.Hos dilige cõpetẽter ⁊ faci
tõ clemẽtie tue participes/tibi ſimul et
nobis p̃biturus gratie immẽſa iura per
fidẽ.Hec igitur optimus imperator pie-
tate decoratus egit curã non ſolũ ſubie-
ctorũ habẽs:ſed etiam eorũ ꝗ ſub aliena
gubernacula regebãtur.Quapropter et
ip̃e diuina ꝓtectione potitus ẽ ⁊ europã
vniuerſaz atqꝫ libiã:ſuper has em̃ maxi
me aſie partem tenẽs/ſubiectos habuit
vbiqꝫ deuotos.ſed etiã barbaroꝝ aliĳ ꝗ-
dẽ ei ſponte ſeruiebãt/aliĳ deuicti vbiqꝫ
triumphi videbantur:⁊ victor cerneba-
tur in omnibus imperator.

Theodoricus. Capitulum.iiij.

INterea alexã
dro mirabili ſene ꝗ arriũ ꝓ
ſtrauerat blaſphemias de
functo/poſt mẽſes quiqꝫ ni
ceni ꝯſiliĳ.Alexãdrinorũ ec
cleſie ſuſcepit athanaſius preſulatũ.Cu
ius perſecutiones:fugas/ contumelias:
crebraqꝫ pericula transferre diſtuli:que
rufinus ſuo nobilitauit eloquio.

Sozomenus. Capitulum.v.

POſt plurima ve
ro ꝯſilia turbis ſeditionibuſqꝫ
cõpleta ⁊ clamores accuſatorũ
poſcentium vt athanaſius tanꝙ̃ magus
violẽtus ⁊ indignus ſacerdotio dãnare-
tur:directi ab imperatore metuentes ne
eum aliqua inuaſione perimerent:laten
ter eũ de ꝯcilio ſubtraxerũt.At ille ſciẽs
nõ ſibi fore tutum/cõtra tot accuſatores
agere iudicibus eis inimicis ſynodũ re-
linquẽs venire feſtinauit ad īperatorẽ.

Theodoricus. Igitur atha-
naſiꝰ ad principẽ veniẽs oẽm p̃ſumptio
nẽ cõtra ſe factã epiſcoporũ edocuit.At
illi ad mareotã cõuenientes quoſdã con-
cordãtiũ ſibimet ſacerdotũ miſerunt ad
principem.i.theogniũ nicenũ atqꝫ theo-
dorũ perintiũ:⁊ marichalcedonẽſez/nar
ciſſum cilicẽ:⁊ ſimiles horũ mẽdacia te-
xẽtes:⁊ quedam cõmẽta fingentes:⁊ nu-
das valde calũnias quaſi veras accuſa-
tiones ſibimet cõponẽtes.Quo facto ve
nerũt ad eliam ciuitatẽ.Preceperat em̃
imperator vt omne ꝯciliũ a tyro veniret
ad eliã;necnon ⁊ alios vndiqꝫ cõgregari
ꝓceperat quatinus tẽpla edificata dedi
carent. Miſit itaqꝫ pariter deuotos vi-
ros pietate ac fide deuotiſſimos clariſſi
mos omnia largiſſime expẽdi p̃cipiens.
nõ ſolũ põtificibus ac ſacerdotibus:ſed
etiã egẽtibus vniuerſis ꝗ vndiqꝫ cõcur-
rebant.Porro fuerat exornatũ etiã ſacra
tum altare palliĳs regalibus atqꝫ vaſis
auro ⁊ lapidibus pretioſis decoratum.

Sozomenus. Cap.vj.

IMperator in-
terea arriũ de exilio reuoca-
uit:iuſſitqꝫ A vt quod de
deo crederet ſcriptura currẽ
te ꝓferret.Tunc ille nouitatẽ nominum
quã prius adinuenerat declinãs: aliam
explanationẽ contexuit:ſimplicibus ver
bis eam et diuina lectione confirmans:
iuſiurandum quoqꝫ prebuit ita ſe crede-
re:et hec etiam mente ſapere nihilqꝫ ali
ter intelligere.Textus enim eius expo-
ſitionis huiuſmodi eſt.Piĳſſimo et domi
no noſtro imperatori ꝯſtantino.Arrius
et Euzoius preſbyteri.Sicut p̃cepit deo
amabilis pietas tua domine imperator
exponimus noſtram fidem ⁊ ſcriptis ꝓ-
fitemur corã deo ſic credere ⁊ nos ⁊ om-
nes qui nobiſcũ ſunt ſicuti ſubiectũ eſt.
Credimus in vnum deũ patrem omni-
potentem ⁊ dominum ieſum chriſtum fi
liuz eius ꝗ ex eo ante omnia ſecula natꝰ
eſt.deus verbũ ꝑ quẽ omnia facta ſunt ꝗ̃
in celis ⁊ que in terra:ꝗ venit et carnem
aſſumpſit ⁊ paſſus eſt ⁊ reſurrexit ⁊ aſcẽ
dit in celos ⁊ iterum venturus eſt iudi-
care viuos ⁊ mortuos Et in ſpiritũ ſan-
ctum:et carnis reſurrectionem:et vitam
venturi ſeculi:et in regnum celorum:⁊ in

vnā ſanctā catholicā dei eccleſiam q̄ a
finibus vſq̄ ad fines eſt. Hanc autē fidē
percepimus ex ſanctis euangelijs: dicē-
te dño diſcipulis ſuis: Euntes docete om
nes gētes baptizātes eos in nomine pa
tris ⁊ filij ⁊ ſpiritus ſancti. Si autem nō
hec ita credimus atq̄ ſuſcipim⁹: vere pa
trem ⁊ filium ⁊ ſpiritum ſanctū ſicut om
nis catholica eccleſia et ſancte edocent
ſcripture quas per omnia ſequimur: iu-
dex noſter erit de⁹ ⁊ nūc ⁊ in futuro die.
Quapropter tuā pietatē rogamus deo
amabilis imperator vt dū ſumus eccle-
ſiaſtici ⁊ fidem ⁊ ſenſum eccleſie ſancta-
rumq̄ ſcripturarū hēmus: vniri nos per
pacificam ⁊ dei cultricem pietatem tuā
matri noſtre eccleſie iubeas quippe que
ſtionibus ⁊ ſuperfluitatibus inquiſitio-
num ſublatis: vt ⁊ nos et ſancta eccleſia
adinuicem pacificati ſolēnes orationes
pro pacifico proq̄ imperio et omni tuo
genere omnes communiter celebremus.
¶ Hanc fidei expoſitionem alij quidem
dicebant ar B tificioſe compoſitam
vt videretur princeps placari ſermoni-
bus et ita arrij dogmatibus circūferri:
quatinus per expoſitionem omniū ei fi-
ducia preberetur: ⁊ vtrūq̄ haberet intel
lectum. Arbitratus autem imperator ar
rium ⁊ euzoium ſimilia credere his q̄ ni-
cea conuenerant valde gauiſus eſt. Nō
tamē ſibimet perſuaſit vt eos in eccleſie
cōmunione ſuſciperet ante iudiciū atq̄
probationem cōgruarū perſonarū ſcd̄m
eccleſie legem: ſed deſtinauit eos ad epi
ſcopos tūc hieroſolimis ꝯgregatos ſcri-
bens vt fidem eorū expoſitionis exami-
narent: ⁊ clementem ſuper eis deberent
proferre ſententiā ſi recte credētes inui-
die grā eſſent iniuſtitiā paſſi ſeu dū non
haberēt vnde iudices ſuos culpare pete
rēt: ꝑ penitētiā reuocari. Porro ſumpta
occaſione fautores arrij ꝑ ſcripta impe-
ratoris eos in cōmunionē ſuſceperūt. Et
hoc cū feciſſent ipi īperatori reſcripſerūt
⁊ eccleſie alexādrine: ⁊ in egyptū: et the-
baidam ⁊ libiā epis vniuerſis ⁊ clericis:
p̄cipiētes vt eos alacriter ſuſciperēt im-
peratore teſtante rectā eoꝝ eſſe fidē: quā
etiā ꝓprie epiſtole ſubiecerunt. Hec qdē
in hieroſolimis geſta noſcūtur. Athana
ſius aūt fugiēs de tyro cōſtātinopoli ve
nit: ⁊ q̄ paſſus eſt adito imperatore nar-
rauit: petēs vt q̄ tyro fuerāt geſta exami
narētur ſub eius quoq̄ preſentia. Porro
conſtātinus imperator rationabilē eius
petitionem iudicans: hec ſcripſit epiſco
pis qui in tyro conuenerant.

¶ Socrates. ¶ Capitulum. vij.

Bitur impera
tor directa ſacra cōcilijū euo-
cauit: vt ſui p̄ſentia athanaſij
examinaret cauſā cui⁹ verba
ſunt hec. Uictor ꝯſtātin⁹ pius epis in ty
rioꝝ vrbe collectis. Ego qdē ignoro q̄ ve
ſtro conſilio turbulēter atq̄ cū tēpeſtate
decreta ſunt. Apparet enim qm̄ quadā
tumultuoſa in diſciplinatione veritas ē
oppreſſa. Uobis quippe nō conſiderauti-
bus q̄ placēt deo: propter iurgia q̄ cōtra
proximos veſtros habetis: ⁊ vota veſtra
ineuincibilia eſſe cōtēditis. Sꝫ erit op⁹
diuine ꝓuidentie quatenus ⁊ hec cōten
tio aperte dep̄hēſa poſſit euacuari: atq̄
nobis palā fieri: ſi qd illic ꝯuenītes ſine
qualibet gratia: aut inimicitiarū cauſa
geſſiſtis. Quapropter cum omni feſtina
tione vos omnes ad meā reuerētiam vo
lo ꝯcurrere quatenus geſtorū apud vos
integritatē ꝑ vos ipſos poſſitis oſtēde-
re. Uerū quia gratia hec ſcripſerim vobis
voſq̄ ad me literis euocauerim: per ea q̄
ſequuntur agnoſcetis. Pergenti iā mihi
ad cognominis noſtri feliciſſime patrie
ciuitatem: dū eſſem cōſcenſurus in equū
repēte Athanaſius epiſcopus in media
platea cū q̄buſdā ſacerdotib⁹ quos circa
ſe habebat: ſic inopinate nos adijt: vt no
bis daretur ſubito cuiuſdā cauſa formi-
dinis. Teſtis eīm mihi inſpector omniū
de⁹ eſt qm̄ nec cognoſcere eū q̄s eſſet pri
ma frōte p̄ualui niſi qdā noſtrorum: ⁊ q̄s
eſſet: ⁊ quā ꝑtuliſſet iniuſtitiā tūc narraſ
ſet. Et ego qdē neq̄ ꝯfabulat⁹ cū illo tp̄e
nec q̄libet locutione ꝑticipat⁹. Dūq̄ ille
ſe audiri depoſceret. ego vero refutarē: ⁊
pene expelli cū preciperē/cū maiori fidu
cia nihil aliud a nobis q̄ꝫ veſtrū poſtula
uit aduētū: vt vobis p̄ntibus q̄ paſſus ē
neceſſario poſſet ſuis gemitibus expla-
nare. Un̄ q̄ ⁊ mihi rationabile videtur ⁊

tēporibus oportunū ſcribi vobis libēti⁹
hec precepi vt oēs q̄cūq; apud tyrū cōci-
liū celebraſtis: indeſinēter ad expeditū
noſtre manſuetudinis cōcurrere feſtine-
tis:ipſis operibus oſtenſuri puritatem ⁊
rectitudinē veſtri iudicij corā me videli-
cet quā dei miniſtrū ꝓ priū:neq; nos ab-
negabitis.Igitur:vbiq; pacificat dei no
men et integre bene dr ꝑ meā in deo cul-
turam etiā apud ipſos barbaros q̄ veri
tatē hactenus ignorabāt.Certū nāq; eſt
q̄ q̄ veritatē ignorat:neq; deū ſcire pōt.
Uerūtamē ſicut predictū eſt etiā barba-
ri per me fidelē miniſtrū recognouerūt ⁊
deū metuere didicerūt:quē vtiq; ꝓtecto
rem meū vbiq; ac ꝓpulſorē ipſis operib⁹
eſt oſtēſuz.Unde precipue etiā deū ſciūt
et illi quidē ꝓpter noſtrū timorem reue-
rētur deū.Uos aūt q̄ ſancta miſteria ei⁹
clemētie ꝓferre videmini nō dicā cuſto-
dire:ſed nihil agere niſi q̄ ad contētionē
noſcuntur ⁊ odia pertinere ⁊ vt abſolute
dicam q̄ ad humani generis tendere vi-
dētur interitū.Sz feſtinate ſicut dixi ad
nos venire cōtinuo:ſciētes q̄m omni vir
tute agere conabor: quaten⁹ q̄ in lege dei
ſunt ea precipue ſine aliqua titubatione
ſeruentur. Quib⁹ vtiq; neq; vituperatio
neq; mala ſuperſtitio poterit implicari/
diſperſis vtiq; ac palam cōtritis ⁊ peni-
tus examinatis ſacratiſſime legis inimi
cis q̄ ſub ſchemate ſancti nominis blaſ-
phemias varias ⁊ diuerſas inijciunt.

Capitulum.viij.

Eſiquidē lite
re ad eſtuationē ꝑduxerunt
eos q̄ fuerant in ſynodo cō-
gregati:quoniā plures q̄dē
ad ꝓprias redierant ciuitates.Qui vero
circa euſebiū ⁊ theognium ⁊ mari patro
filū:⁊ vrſatiū⁊ valētē ad cōſtātinopoli-
tanam venientes vrbē nequaq̄ de calice
fracto aut altari ſubuerſo:aut arſenio ꝑ
empto quod in ſynodo cōcinauerāt que-
ſtionē fieri permiſerūt.ſed aliā inuenire
detractationem ſuggerētes imperatori
quoniā athanaſius interminaretur non
ſe miſſurum ab alexandria frumēta ſolē
niter ad conſtantinopolitanam vrbē.Et
hec audiſſe dicebant athanaſio dicente
adamātium/ anubionem arbathionem
⁊ Petrum epiſcopos.Multum itaq; de-
rogatio preualet quando derogator cre
ditur fidedign⁹.Hac ſubreptione ad fu-
rorem perductus imperator athanaſiuz
relegauit exilio:⁊ habitare euz precepit
gallijs.Aiunt enim quidem imperatorē
propterea feciſſe vt vnirent eccleſie quo
niam Athanaſius cōmunicare arrianis
euitabat.Et ille quidē degebat in treue-
ris galliarū. Theodoricus.Sz nemo
miretur ſi tātus vir deceptus exceſſit ſa
cerdotibus falſa loquētibus cū diuinus
quoq; dauid ꝓpheta nō a pontifice:ſed
a ſeruo ſiba cōtra miphiboſeth alloquē-
te deceptus ſit. Capitulum.ix.

Bitur epiſco-
pi in conſtantinopolitana vr-
be congregati A marcellū
ancyre galatie depoſuerūt ꝓ
huiuſmodi cauſa.Aſterius quidā in ca-
padocia exercens artem ſophiſticam eā
relinquens/chriſtianitatem ſe promitte
bat aſciſcere.Tentauitq; libros conſcri-
bere q̄ feruntur hactenus:⁊ per quos ar-
rij dogma firmate eſt.Dicebat eñ xp̄m
ſic eſſe virtutē dei/ſicuti dictū eſt apud
moyſen locuſtā ⁊ cāpas ꝟtutē dei/⁊ his
multa ſimilia.Cōueniebat eñ is aſteri⁹
frequēter apud epiſcopos qui arrianaz
precipue non euitabant ſectam.Nam et
ad concilia concurrebat epiſcopatum in
aliqua ciuitate querēs. Sed ſacerdotio
quidē fruſtratus eſt eo ꝙ perſecutionis
tempore ſacrificaſſe probaretur.Cumq;
circuiret et ſyrie ciuitates libros B
quos cōſueuerat oſtendebat.Hec agno-
ſcens marcellus contra eum ſcribere vo
lens menſuram contrarietatis exceſſit.
Purum namq; hominem ſicut ſamoſata
nus paulus preſumpſit dicere dominuz
chriſtum.Hec agnoſcentes qui tunc hie
roſolymis conuenerant de aſterio quidē
nullum habuere ſermonem:quoniā neq;
erat in ordine ſacerdotum. Marcellum
vero tāq̄ ſacerdotio functum rationem
exigentes libri ſui eumq; comperientes
ſamoſatani dogmate maculatum iuſſe-
runt vt a tali ſecta recederet.Qui repre-
henſus librum ſe promiſit exurere.Cūq;

hoc ſtudium fuiſſet tentatum epiſcopo-
rum collegiũ euocãte imperatore venit
ad regiã ciuitatẽ pſentibuſq; euſebio ⁊
q̃ cũ eo erant epiſcopis in vrbe conſtãti-
nopolitana rurſus ſtudium de marcello
fiebat. Et dũ marcellus ſicut promiſerat
illicitam cõnſcriptionem nollet incende
re: eũ ab epiſcopatu depoſuerunt. In cu
ius locum baſiliũ in ancyra direxerunt.
Sed hanc ſiquidem conſcriptionẽ Euſe
bius tribus deſtruxit libris ſuperſtitio-
nem eius valde redarguẽs. Poſtea vero
marcellus in ſardicẽſi ↄcilio recepit epi
ſcopatum dicẽs nõ intellectũ ſuũ librũ: ⁊
ꝓpterea quaſi paulianũ fuiſſe depoſitũ.

¶ Capitulum. x. A

Biturdum
poſt concilium hieroſo
limitanum arrius ve-
niſſet in egyptũ alexã-
drina eccleſia eius cui
tãte cõmunionem rur-
ſus venit ad conſtanti
nopolitanã vrbẽ: concurrẽtibus illic con
ſectatoribus eius ⁊ obedientibus Euſe-
bio nicomedie epiſcopo ⁊ cõcilium cele-
brari volentibus. Horum ſtudiũ ſentiẽs
alexãder: tũc cõſtãtinopolitanus epiſco
pus niſus eſt ſoluere tale conamẽ. Dũq;
hoc nõ valuiſſet implere aperte arrij ni-
ſibus interdixit: nõ licere eũ eccleſiaſti-
cũ eſſe dicẽs ad infirmãdã ſententiã epi
ſcoporũ pene totius terre ſecũ cõuenien
tiũ in nicena vrbe Euſebius autẽ ⁊ q̃ cir
ca eũ erãt dũ primo ſermonibus flectere
nequiuiſſent alexãdrũ. poſtea cũ terrore
minabantur: q2 niſi ſuſciperet arriũ cer-
ta die ipẽ quidẽ deportaretur exilio: ar-
rius autẽ in cõmunionẽ ſuſcipereꝫ vni-
uerſorũ. Et poſt hec ab alterutris receſ-
ſerunt. Illi quidẽ diffinitã diẽ expectan
tes: vt ſuas minas implerent. ¶ Alexan
lij: et credimus ſemper ſine principio et
ſine termino hunc generare cum patre:
et non habere nec tempus nec defectum
eius imperium: quia ſemper eſt: nunquã
enim eſſe cepit: ideoqꝫ nec deficere pote-
rit. Credimus et percipimus paracli-
tum ſanctum ſpiritum quem nobis ipſe
dominus promiſit et deſtinauit et eum
credimus miſſum. Sed is paſſus nõ eſt:
ſed homo quo indutus eſt quem aſſum-
pſit ex maria virgine: qui pati potuit ſi-
cut mortalis. Deus autem immortalis
eſt. Credimus quia tertia die reſurrexit
non deus in homine/ ſed homo in deo
reſurrexit: quem et obtulit patri ſuo do-
num quem vtiqꝫ liberauit. Credimus
autem quoniam oportuno tempore atqꝫ
definito omnes et de omnibus ipſe iudi
cabit. Tanta ſiquidem eorum ſtultitia/
et ita craſſitudine tenebrarũ eorum mẽs
excecata eſt: vt negãt lumẽ cernere veri

tatis:nec intelligere qua ratione dictuꝫ
eſt:vt ⁊ ipſi in nobis vnū ſint. Palā vero
eſt cur dixit vnū qm̄ apoſtoli ſpiritū ſan
ctū dei acceperūt:ſed tn̄ ipſi nō erant ſpi
ritus nec aliquis eoꝛū aut verbū aut ſa=
piētia:aut virtus aut vnigenitꝰ erat. Si
cut ⁊ ego ⁊ tu inquit vnū ſumus:ſic ⁊ iſti
in nobis vnū ſint. Certiſſime igit̄ ſcriptu
ra diuina hoc diſtinxit. In nobis inquit
vnū ſint:nō ait ſicut nos vnū ſumus ego
⁊ pater:ſed diſcipuli in ſemetipſis cōiū=
cti ⁊ copulati vnū ſint:et fidei cōfeſſione
in gratia ⁊ pietate dei patris ⁊ dn̄i ⁊ ſal=
uatoꝛis noſtri cōfeſſione:et caritate vnū
eſſe poſſint. Ex his literis agnoſcitur et
accuſatoꝛū calūnia ⁊ pꝛioꝛū iniquitas iu
dicū:⁊ dogmatuꝫ vera ſalubꝛitas. Non
ſolū em̄ de diuina nos beati patres do=
cuere natura:ſed etiā eruditionē diſpen
ſationis explanauerunt.

Capitulum. xxv.

HEc constans
cognoſcēs doluit q̇dem leui
tatē fratris inſpiciēs ⁊ infre
muit aduerſus inſtigatoꝛes
maloꝛū ⁊ imperatoꝛis facilitatem ita de
cipientiū. Duos aūt ep̄s ex ſardiceñ. cō=
cilio electos cū literis miſit ad fratrē:cū
q̇bꝰ ⁊ magiſtrū militū ſalianū pietate iu
ſtitiaq; fulgentē. Litere vero nō ſolū mo
nitionē habuerūt atq; cōſiliū:ſed etiam
interminationē pio pꝛincipi cōdecentē.
Pꝛimū q̇dē enūtiauit fratri vt ep̄is pꝛe=
beret auditū/⁊ iniquitates a ſtephano/
aliȷ̇ſq; pꝛeſumptas agnoſceret:necnon ⁊
athanaſiū gregi pꝛopꝛio reſtitueret. pa=
tefacta quidē calūnia pꝛiſcoꝛūq; iudicū
iniquitate et crudelitate reuelata:adie=
citq; q: niſi vellet quod iuſtuꝫ eſt facere:
ip̄e ad alexandriā pergeret ⁊ athanaſiū
ouibus deſiderantibus reſtauraret:ini=
micoꝛūq; cateruas ꝓcul expelleret. Hāc
autem epiſtolā cōſtātius in anthiochia
ſuſcipiēs:pꝛomiſit ſe facturū q̄ qualitas
tempoꝛis annuebat. Sed in his perter=
riti veritatis impugnatoꝛes:nephādiſſi
mū machinata ſunt ſcelus. Applicuerāt
etenim ſacerdotes a concilio deſtinatos
in loco remotioꝛe. Magiſter militū alio
manſioneꝫ acceperat. Poꝛro ſtephanus
tūc anthiocenus ep̄us cū aliȷ̇s tyrānicis
coopera toꝛibus: naues naufragio p̄pa=
rabat cū q̇bꝰ aſſertoꝛes rectoꝛū dogma=
tuꝫ variȷ̇s nitebatur abſoꝛbere calūniȷ̇s.
Hoꝛū itaq; erat dux quidē iuuenis ona=
ger nomine:cū aſperitate veniens ⁊ ini=
qua conuerſatione cōgaudēs:qui non ſo
lum in plateis diuerſis toꝛmēns afficie
bat ⁊ fuſtibus lacerabat:ſed etiā domos
impudenter inuadens: viros ac mulie=
res honeſtiſſimas abſtrahebat. Et vt lō
giuscius extendam calliditatem contra
optimos viros pꝛeparatam narrabo p̄=
ſumptionem. Is enim onager ad quan=
dā foꝛnicariā veniens:ait nuper quoſdā
veniſſe peregrinos ⁊ noctē habere neceſ
ſariā meretricis. Poꝛro ſumens quinde=
cim indiſciplinatoꝛū ⁊ eos in vicino epi
ſcopoꝝ intētato celās perrexit cū mere=
trice ad ianuā vbi illi viri requieſcebāt.
Eāq; apertā inueniēs:pſuaſit vni pue=
roꝛū pecunia data vt muliereꝫ introdu=
ceret intra ianuam quā ipſe mōſtrabat
vbi quipppe vterq; ſacerdotuꝫ doꝛmire
videbātur:eāq; mulierē interius p̄cepit
accedere. Ip̄e vero vocaturus ſocios eſt
egreſſus. Cōtigerat em̄ vnū ſenioꝛē ep̄ꝫ
eufratā nomine in loco exterioꝛe doꝛmi=
re. Uincētius aūt(ſic enim dicebat̄ alter)
interioꝛi cubiculo q̇eſcebat. Cūq; intra
hoſtiū puella veniſſet:ſonū pedū extra=
ta cognoſcēs dū eſſet obſcurū q̇ ambula
ret interrogauit. Illa vero loquente:con
turbatus eufratas demonēq; putās eſſe
mulieris imitatū vocē repēte ſaluatoꝛeꝫ
xp̄m ad ſuū vocauit auxiliū Onager aūt
dux iniquitatis hoc facto cū ſociȷ̇s eſt in=
greſſus iniquos clamās eos ⁊ iniq̇tatis
iudices deſtinatos. Multi clamoꝛe facto
cōcurrerūt ⁊ ſerui. Surrexitq; vincētius
⁊ claudētes ianuā domus ſeptem q̇dem
calūniatoꝛū cōpꝛehēdere potuerūt. Ona
ger vero cū reliq̇s fugit. Detenta tamē
eſt cum illis ⁊ mulier. Diluculo aūt ma=
giſtrum militū qui cum illis venerat ex=
citantes:ad palatiū pꝛoceſſerunt. Et pꝛe
ſumptiones ſtephani pꝛoclamantes di=
cebant iam nō egere iudicio neq; verbe=
ribus iniquitates eius. Magiſter vero
militum pꝛecipue clamitabat. rogās vt
iuberet imperatoꝛ nō ſynodice ſed iudi=

cialiter potius iniquam examinari pre-
ſumptionem: promittens primum ſe epi
ſcoporuȝ clericos traditurum ⁊ oportere
etiam miniſtros ſtephani ita contradi.
Cumq; ille impudenter cōtēderet: dicēs
clericos non ſubdēdos eſſe verberibus:
placuit ⁊ imperatori ⁊ iudicibꝰ: vt intra
palatium cauſe prouenīret examinatio.
Et primuȝ quidem interrogare mulierē
quis eam ad metatum duxiſſet epiſcopo
rum. Que dixit quendaȝ iuuenem ad ſe
veniſſe ⁊ aduentum iudicaſſe peregrino
rum ⁊ q̄d opus haberent. Et quia veſpe-
reveniens duxiſſet eam ⁊ ad habitaculū
quodam eamq; intra ianuam domus te
porticū introire preceperit. Adiecit etiā
inq̄ſitionē epiſcopi: ⁊ terrorē factum ora
tionē eius ⁊ ſupueniētiū repētinas inua
ſiones. Hec iudices agnoſcētes captum
inter alios iuuenem mediū deduxerunt.
Qui nō expectans neceſſitatē verberum
machinatū. cōcilium patefecit ⁊ onagrū
hec oīa perpetraſſe confeſſus eſt. Qui de
ductus ad mediū: ſtephanū dixit hec om
nia precepiſſe. Sic itaq; ſtephani cogno
ſcētes iniquitatē preſentibus epiſcopis
permiſerunt vt eum dānarent ⁊ ab eccle
ſia procul expulſus eſt. non tamē ab ar-
riana peſte eccleſia liberata eſt. Nā leō-
tius poſt euȝ ordinatur: genere phrygio
voluntate nequiſſimus. Verū cōſtātius
ea q̄ contra epiſcopos fuerant machina
ta experimēto cognoſcēs ſcripſit atha-
naſio maximo ⁊ ſemel ⁊ ſecundo ⁊ tertio
inuitans eum vt a partibus remearet et
heſperijs ſicut in ipſis literis indicatur.
¶ Socrates. ¶ Capitulum.xxvi.

Constantius
victor auguſtus athana
ſio ep̄o plurimū te circū
ferri ⁊ fluctuari ferocibꝰ
maris vndis: noſtre mā-
ſuetudinis clemētia non
permiſit. Patria quippe terra nudatum
et priuatum ꝓprijs rebus errātemq; per
loca inuia beſtiarū indefecta noſtra pie
tas nō deſperit. Ideoq; igitur diu diſtuli
ſcribere voluntatis mee propoſitū ſpe-
rans ſponte te ad nos fore venturum: et
laborum ſatiſfactionē nobis exigere. ve
runtamen quoniam forte timor impedi-
uit voluntatis tue propoſitū: literas lar
gitatuȝ pleniſſimas ad tuam beatitudi
nem deſtinauimus vt ſine metu noſtris
aſpectibus velociter tuam preſentiā pre
bere feſtines: quatinus deſiderio tuo po
titus experiaris noſtram clementiam in
proprijs reſtitutus. Hac etenim cauſa et
dominum meū fratremq; cōſtantē victo
rem auguſtum pro te rogaui: vt tibi po-
teſtatem ad nos tribuat veniendi: quate
nus vt ambobus nobis annuentibus re
ſtitutus in patria habeas maximū gra-
tie noſtre pignus.

¶ Capitulum.xxvij.

Constantiꝰ vi
ctor auguſtus athanaſio
epiſcopo. Licet prioribus
noſtris literis ſignificaue
rimus: quatenus ſine ſolI
citudine ad noſtrū debeas venire comi-
tatū eo q̄ maxime velimus te ad ꝓpria
deſtinare: tamē ⁊ nūc has literas ad tuā
direximus ſanctitatē ꝑ quas inuitamus
vt ſine aliq̄ incredulitate vel metu aſcē-
dēs publicis vehiculis ad nos venire fe
ſtines: vt que deſideras poſſis adipiſci.

¶ Capitulum.xxviij.

Constantiꝰ vi-
ctor auguſtꝰ athanaſio ep̄o.
Dū in edeſſa degeremꝰ p̄ſēti
bus preſbyteris tuis placuit
vt ad te deſtinatis preſbyteris ad noſtrū
debuiſſes feſtinare comitatuȝ: quatinus
vidēs nr̄os aſpectꝰ repēte ꝓperares ad
alexādriā. Sed q̄m plurimū preterijt tē-
pus ex quo ſuſcipiens a nobis literas nō
occurriſti: ꝓpterea etiam nūc cōmonere
te feſtinauimus: vt vel nūc tuā preſentiā
nobis velociter p̄ſētare contendas: ⁊ ita
poſſis patrie tue reſtitui tuaq; ſecurꝰ ora
tione frui. Ad plenaȝ vero cognitionem
achitū dyaconū deſtinauimus: a q̄ poſ-
ſis agnoſcere etiā noſtri animi volūtatē
⁊ q̄m ea q̄ optas poteris impetrare. Has
ep̄las in aq̄leya ſuſcipiēs athanaſius: il
lic eīm relicta ſardica morabatur mox re
currit ad romā ⁊ oſtēdēs literas ep̄o iu-
lio in maximo gaudio eccleſiā fecit eſſe

romanā. Putabat eīm ꝫ orientis impera
toꝛ eoꝝ fidei ꝯſentire eo ꝙ ad ſe athana
ſiuꝫ fiducialiter euocaret. Julius aūt in
alexādria clericis atq; plebi hec de atha
naſio ſcripte direxit. ¶ Capitulū. xxix.

Julius archie
piſcopꝰ p̄ſbyteris ꝛ dyaconibꝰ
et plebi habitātibꝰ alexādriā
dilectiſſimis fratribus in dño
ſalutē. Cōgaudeo vobis ꝛ ego dilectiſſi
mi fratres qm̄ fructū veſtre fidei añ ocu
los iā videtis. Hoc eteīm vere geſtū qli
bet inſpiciet i fratre ꝛ coepo nr̄o athana
ſio: quē ꝓpter puritatē vite ſue ꝛ veſtras
orones reſtituit vobis deꝰ. Et hoc itaq;
creditur puras ꝛ caritate plenas orones
veſtras aſcēdiſſe ſemper ad deū. Memo
res eīm eſtis ꝓmiſſionū celeſtiū atq; di
lectionis: quam ex doctrina predicti fra
tris mei athanaſij didiciſtis: ꝛ integrum
cognouiſtis ſcōꝫ inſitā vobis fidē quam
percepiſtis: qm̄ nō vſq; ad infinē is a vo
bis poſſit obduci: culꝰ orones in ſanctiſ-
ſimis animabus veſtris tāq; preſentes
ſemper habuiſtis. Ergo nō plurimis mi
hi verbis opus eſt vobis ſcribere. Que
cunq; eīm vobis a me poterint dici hec
etiā fides vr̄a p̄ceſſit: ꝛ diuina gratia cō
munis oronis noſtre vota cōpleuit. Cō-
gaudeo ſiquidē vobis. iterū vobis dico
cōgaudeo: qm̄ inexpugnatas animas in
fide ſeruaſtis. Sed etiaꝫ ipſi fratri meo
athanaſio nō minus ꝯgaudeo: qui licet
multā ſit paſſus triſtitiā: neq; vna hora
veſtri deſiderij ꝛ caritatis oblitꝰ eſt. Nā
licet corpore ad tēpus a vobis ſit abſtra
ctus tn̄ ſpiritum vobiſcū ſemper degere
videbatur. Et ego q̄dē cariſſimi fratres
oēm tētationē cōtra eū ſurgētē: reor ſine
gloria nō fuiſſe. Nā ꝛ veſtra ꝛ eius fides
cognita eſt vniuerſis et comprobata. Si
eīm nō tanta ꝛ talia ꝓueniſſent: qs crede
ret: q; aut vos tale iudiciū/tantāq; cari
tateꝫ circa talē exhibuiſtis epm̄: aut ille
potuiſſet tantis circūdari virtutibꝰ: per
quas ſpe celeſti fraudatꝰ nō eſt. Prome-
ruit igitur quolibet modo ꝛ nunc ꝛ in fu
turo etiam profeſſionis glorioſum mar-
tyrium. Frequenter enim terra mariq;
plurimū eſtuatus: omnē prauitatē arria
ne conculcauit hereſeos: ꝛ crebro ꝑ inui-
diam vſq; ad periculū impulſus cōtem-
pſit mortē: munitus omnipotente deo et
dño ieſu xp̄o ſaluatore noſtro ſ·erans et
inimicitias declinare: ꝛ conſolationi ve-
ſtre reſtituit: deferens vobis maiora tro
phea ꝛ fortiſſimā cōſciētiā ꝑ q̄bus ꝛ vſq;
ad terminos terre totius apparuit glo-
rioſus. Fiduciā itaq; habēs ſui ꝓpoſiti:
celeſtiſq; doctrine clarificatus ē immor-
tali iudicio: ꝛ ad vos reuertitur. Diligē-
dus igitur apud vos clarior nunc eſt q̄
tunc quādo ꝓfectus a vobis eſt. Nam ſi
materia pretioſas. i. aurū atq; argētum
ad purgādum ignis probat: quid dignū
dici poterit de tali tantoq; viro: qui cum
tantas tribulationes ꝛ periculo deuiciſ-
ſet redditur nūc nobis immaculatus nō
a nobis ſolūmodo: ſed cōprobatꝰ ab om
ni cōcilio. Suſcipiētes ſiquideꝫ nūc fra
tres cariſſimi cū omni diuina gr̄a paſto
rē veſtrū ac preſulē tāq; vere athanaſiū
cū his q̄ tantis laboribus eius pticipes
ſunt effecti: ꝛ gaudete fructes orationibꝰ
qui paſtorem veſtrū vt ita dicam eſuri-
tis atq; ſitis qn̄ etiā ipſi veſtrā ſanctita-
tem ſalutaribus ſcripturis cibaſtis atq;
potaſtis. Nam cum degeret in peregri-
nis vos ei conſolatio fuiſtis: et in perſe-
cutione atq; periculis refouiſtis cum fi-
deliſſimis veſtris animabus ꝛ mētibus.
Ego ſiquidē iā exulto cōſiderās ꝛ ratio-
nē ꝓſpiciēs in eius reuerſione vniuſcu-
iuſq; veſtrū gaudium ꝛ plebis votiuas
occurſiones cōcurrentiū glorioſam feſti
uitatem. Et qualis ille vobis erit dies: ꝛ
quantus/remeante ſcilicet fratre meo ꝛ
quieſcentibus priſcis malis quorū ma-
chinatiōe ſarcitis: necnō pretioſa ac vo
tiua reuerſione: cūctos in quodā pleniſſi
mi gaudij letitia copulante. Hm̄oi vero
gaudiū vſq; ad nos magnitudine ſua ꝑ-
tingit. q̄bꝰ diuinitus hoc etiā cōſtat eſſe
cōceſſuꝫ quatēnꝰ ꝛ nos debeamus i lau-
dē tāti viri cōſurgere: Sed melius eſt vt
epiſtolā oratione claudamus. Deus om
nipotēs ꝛ eiꝰ vnigenitꝰ filiꝰ dñs ꝛ ſalua-
tor noſter ieſus xp̄s hoc gaudium vobis
prebeat ineternum: dignū tribuens pre-
mium ammirabili veſtre fidei quam cir
ca pontificem veſtrum glorioſum teſti-

monio demõſtratis vt ⁊ vos ⁊ q̇ vobiſcũ
ſunt hic ⁊ in futuro melioꝛa poſſideatis
que oculus non vidit:nec auris audiuit:
nec in coꝛ hoiſaſcendit q̄ pꝛeparauit deꝰ
diligentibus ſe. Per dominũ nr̃m ieſum
xp̃m per quẽ ⁊ cuꝫ quo oīpotenti deo glo
ra inſecula ſecuoꝛlũ.. Amẽ. Ualere vos
opto cariſſimi fratres.

¶Capitulum triceſimum.

HIs itaqꝫ lite-
ris confidẽs athanaſiꝰ ad
oꝛiẽtẽ venit quẽ cõſtãtius
imperatoꝛ nõ tũc moleſte
ſuſcepit:ſed eum circunue
nire tentabat:molitione ſubmiſſus arria
noꝛũ ⁊ dixit ad eũ. Sedẽ equidẽ tuã de-
creto concilij nobiſcꝫ cõſentientibus rece
piſti. Sed quia ſunt aliqui in alexandria
populi tuã declinãtes cõmunionẽ vnam
eos in ciuitate eccleſiam habere pmitte:
Ad hanc propoſitionẽ athanaſius mox
occurrit et ait. O imperatoꝛ poteſtatem
habes iubere ſimul et agere quecũqꝫ vo
lueris. Sed etiam ego beneficium a te
depoſco quod mihi concedi pꝛecoꝛ. Pꝛin
cipe vero continuo ſe daturum eſſe pꝛo-
nunciante:repente ſubiunxit. Athanaſiꝰ
idem beneficium ſibi largiri petẽs quod
querebat imperatoꝛ accipere. Unam em̄
et ipſe eccleſiam poſtulabat dari per ſin
gulas ciuitates:declinantibus arriano-
rũ cõmunionẽ. Igit̄ athanaſij ſententiã
inutilẽ ſibi agnoſcentes arriani. hoc qui
dem differendum eſſe dixerunt:⁊ agẽdũ
qđ placeret imperatoꝛi quia imperatoꝛ
paulo ⁊ athanaſio et marcello et aſcle-
pa gaze et lucio adrianopoleos ſecun-
dum ea que in cnocilio ſardiceno pla-
cuerunt pꝛopꝛias reſtituerat ſedes Un-
de pꝛincipalia ſacra per ſingulas ciuita
tes ad eoꝛum mittebantur eccleſias qui-
bus iubebatur vt eos repente ſuſciperẽt.
Igitur in acyꝛa expulſo baſilio et pꝛo eo
introducto marcello:non foꝛtuita turba
pꝛouenit que derogationem contraria
ſapientibus irrogauit. Aſclepã vero cõti
nuo gazei ſuſceperunt in cõſtãtinopoli
tana ciuitate macedonius ad modicum
tẽpus paulo ſucceſſit: apud ſemetipſum:
in eccleſia remota collectiões agẽs. Pꝛo

athanaſio tamen ſolo imperatoꝛ epiſco-
pis ⁊ clericis atqꝫ plebi ſcripſit:vt eum
libenter ſuſciperẽt. Inſup etiã q̄ cõtra eũ
in iudicijs acta fuerãt:alijs literis abo-
leri iuſſit. Que vero ambabus rebus ſcri
pta ſunt hec eſſe noſcuntur. ¶Capi.xxxi.

VIctoꝛ conſtan
tius maximus pius ep̃is et
pbr̃is catholice eccleſie. Re-
uerendiſſimꝰ ep̃s athanaſiꝰ
nõ eſt dei gratia derelictus: Nã lꝫ breui
tẽpoꝛe hũana fuerit ꝓbatiõe ſummiſſus
tñ debitũ ꝓuidentie vniuerſa pſpiciens
noſcit̄ ſuſcepiſſe decretũ recipiẽs volũta
te dei nr̃oqꝫ iudicio patriã ſuã pariter ⁊
eccleſiã cuiꝰ diuino nutu pꝛeſul extabat.
Hunc em̄ cõſequẽter opoꝛtebat noſtram
adeſſe mãſuetudinẽ quatinꝰ oĩa aduer-
ſus eũ:et eiꝰ cõcatoꝛes definita:omniſqꝫ
ſuſpitio et illuſio cõtra eũ geſta de cete-
ro ſit inanis et vacua:et releuatio quam
dudũ clerici eiꝰ habuerũt:cõpetẽter fir-
ma pmaneat. Sed etiã hoc eius gratie
adijciendũ eſſe cenſuimꝰ/ quatinus oĩs
oꝛdinis ſacri cognoſcãt cõceſſum oĩbus
ſibi cõiunctis:vt ſine timoꝛe ſint:ſiue ep̃i
ſiue ſint clerici. Sufficit em̄ vnicuiqꝫ cir
ca eũ recte volũtatis vnio : quicunqꝫ em̄
melioꝛi iudicio atqꝫ parte cõſtituti:huiꝰ
eligũt cõmunionem:hos oẽs pꝛecipimꝰ
ad inſtar pꝛecedentis pꝛouidentie etiaꝫ
nũc volũtate dei noſtre gratie largitati-
bus adipiſci. ¶Capitulum.xxxij.

VIctoꝛ conſtan
tius maximus pius populo
alexãdrino eccleſie catholi-
ce. in omnibus perhibentes
noſtre equitatis itẽtionẽ: ſcienteſqꝫ qm̄
diu ꝓuidẽtia veſtri contẽplatoꝛis eſtis
alienati:ideſt põtificis athanaſij/qui ꝓ
pter miſertam rectitudinem ſuoꝛũqꝫ mo-
rũ ꝓuiditatẽ cunctis innotuit: eum de-
nuo ad vos deſtinare cenſuimꝰ. Hunc ita
qꝫ cõſuete ⁊ cõpetẽter ſuſcipiẽtes ⁊ apud
clementẽ deuꝫ adiutoꝛẽ oꝛonum hñtes:
vobis congruã ſimul ⁊ nobis placitã con
coꝛdiam atqꝫ pacem ſecũdum eccl̃ie ſan
ctionem vbiqꝫ pꝛobate ſufficienter feſti-
nate ſeruare. Non enim rõnabile eſt ali-

quam diſcordiā inter vos agitari aut tu
multũ noſtrorũ tēporũ diſcipline contra
riũ ⁊ ob hoc quidē abeſſe a vobis omni-
no voluimus. Orõnibꝰ aũt ſufficiēter eo
ſcilicet preſule et adiutore apud deũ vos
inſtare ſolemniter ammonemus quati-
nus tali propoſito ad oīm vota puenien-
te/etiam gentiles ydolorũ errori hacte-
nus ſeruiētes: ad cogitionē ſacre religio
nis ſub alacritate feſtinent. O cariſſimi
nobis alexādrini rurſus igitur ammone
mus vt his que dicta ſunt perſiſtatis et
oēs epm decreto ſupno noſtraqꝫ ſnia de-
ſtinatũ libenter ⁊ pie ſuſcipiatis et toto
aīo totaqꝫ volũtate amplectēdum exiſti-
metis. Hoc enim ⁊ vos decet: ⁊ nr̄e māſue
tudini noſcitur cõuenire. Ut aũt oīs tur
be ſeditionis occaſio perimatur: iudici-
bus apud vos habitis lr̄is ꝑcipimꝰ qua
tinus oēs quos ſeditioſos agnouerit le-
gitime vindicte ſubijciāt. Utraqꝫ igitur
perſpicientes. ⁊ nr̄am cũ deo ſniam ⁊ ra-
tionē ꝓfeſſionis vr̄e: necnõ et ſuppliciuʒ
cõtra ſeditioſos indictũ: cõpetenter ⁊ cõ-
grue ſacre religionis iura ſeruate. Predi
ctũqꝫ deo amabilē virũ oī reuerentia et
honore colite. Et orõnes vna cuʒ eo pro
vobiſipſis et noſtre vite fauore oīm ſalua
tori deo letāter offerte. ¶ Capitu. xxxiij.

Victor conſtātiꝰ

auguſtꝰ neſtorio. Eadeʒ vero
forma preſidibꝰ auguſte nicee
thebaidis ⁊ lybie ſcriptuʒ eſt.
Quodcũqꝫ dudũ ad leſionē ⁊ iiuriā atha
naſio epo cõicātiũ reperitur actum. hoc
nũc aboleri precipimus Nam ⁊ miniſte
riũ quo priuati fuerāt eiꝰ clerici: eoſdem
rurſus volumꝰ obtinere. Hanc itaqꝫ pre-
ceptionē nr̄am ſeruari cēſemꝰ. quatinus
athanaſio epo ſue eccleſie reſtituto: cõi-
catores eiꝰ habeāt miniſteriũ qd ſemper
habuerũt qd etiā reliqui clerici habere
noſcuntur: et ipſi gaudio potiantur.

Capitulum. xxxiiij.

Tantis et tali

bus epiſtolis munitꝰ ſan-
ctiſſimus athanaſius per
ſyriam aggreſſus venit in
paleſtinā apprehēdenſqꝫ
hieroſolimā ⁊ ipſe epiſcopo maximo ino
teſcēs geſta ſardiceni cõcilij: et qꝛ cõſtan
tius imperator illoꝝ decreto iudicioqꝫ cõ
ſenſerat: ꝑparauit vt epiſcopoꝝ illic ha-
bitātiũ ſynodꝰ ageret. Maximꝰ aũt inul
lo ſegnis de ſyria atqꝫ paleſtina vniuer-
ſos euocauit epos. Factoqꝫ ꝯcilio reſtituit
⁊ ipſe btō athanaſio cõmunionē ⁊ dignita
tē. Scripſitqꝫ etiā ipſa ſynodus alexādri
nis ⁊ oībꝰ in egypto et lybijs epis cleri-
cis atqꝫ plebi ea que de athanaſio geſta
atqꝫ decreta ſunt Obqꝫ revalde maximo
detraxerunt athanaſij derogatores epi
qm̄ primitꝰ deponēs eũ: rurſus ex peni-
tētia tanqꝫ nihil fuiſſet actuʒ ſniam pro
athanaſio ꝓtulit q̄ cõmunionē ei digni-
tatēqꝫ ꝑberet. Hec agnoſcētes vrſatius ⁊
valēs q̄ circa arrianũ dogma ſtudiũ pri-
mitus B ardenter habuerāt declinā
tes a priori volũtate rome ꝓfecti ſunt. li
bellũqꝫ penitentie Julio offerētēs epiſco
po et i conſubſtātialitatis cõſenſere ſer-
mone Et literas athanaſio direxerunt
ſeqꝫ ea de cetero cõicare ꝓfeſſi ſunt. Sic
itaqꝫ tũc vrſatiꝰ ⁊ valēs geſtis athanaſij
ſuperati cõuerſi ſunt Athanaſius ergo ꝑ
peluſiũ pergebat ad alexandriā. Tran-
ſiens aũt ꝑ ciuitates edocebat vt arria-
nos vniuerſi declinarēt: ⁊ cõſubſtātialita
tis dogma cõplecterent. In q̄buſdā eccle
ſijs ⁊ ordinatiões fecit Et hoc fuit initiũ
alteriꝰ q̄rele aduerſus eum: qꝛ in aliorꝰ
eccleſijs ordinare preſumpſit. Hec itaqꝫ
de athanaſio prouenerunt.

¶ Capitulum. xxxv.

Interea reſpu-

blica fortuitis caſibus vrge-
batur. A vnde q̄ ſunt ca-
pitularia nõ eſt incogruũ bre
uiter explanare Igitur. qꝛ edificatore cõ
ſtātinopolitane ciuitatis moriente tres
eius filij imperiũ ſuſceperũt in precedēti
bus eſt narratum. Sciēdũ aũt qꝛ cũ iſtis
imperauit conſobrinus eorum nomine
dalmatius vocabulũ patris habēs q̄ dũ
paululũ iperaſſet a militibꝰ interemptus
eſt nõ iubēte cõſtātio vt occideret. nõ tñ
ꝓhibēte. Dũ vero cõſtātinus minor fra-
tris partes inuaderet et ipſe a militibus
cõgreſſione facta peremptus eſt. Hoc au

rem iam ſepe dictũ B eſt. Poſt mor-
tẽ vero cõſtãtini minoris perſicũ contra
romanos motum eſt bellũ: in quo conſtã
tius ꝓficere nõ valebat. Nã dũ nocte pre
liũ circa fines romanorũ atq; perſarum
fuiſſet geſtũ validiores tũc pſe ad breue
tp̃s inuẽti ſunt. Quo tpe neq; xp̃iani ſub
quiete degebãt: ſed ꝑ athanaſiũ de con-
ſubſtãtialis verbo circa eccleſias erat pu
gna. ¶ Sozomenus. ¶ Deniq; apud an-
thiochiã nõ cõcordabãt in ꝓfeſſiõe clerꝰ
⁊ populus ſ; ꝑ choros vt eſt conſuetudo
ad hymnos dicẽdos deo in fine pſalmo-
rũ mõſtrabãt ꝓpriam volũtatẽ. Et hi qui
dẽ pr̃i ⁊ filio ſicut eſt equi honoris gloriã
dicebãt hi vero patri ĩ filio per interpo-
ſitionẽ ꝓpoſitionis filiũ ſecũdũ eſſe mõ
ſtrãtes His ita geſtis hereus q̃d ageret
leontiusq̃ illo tpe ex hereſi aduerſa ſedẽ
anthiochie gubernabat. Dũ ꝓhibere nõ
preſumeret eos q̃ ſecundũ traditionẽ ni
ceni cõcilij pſallerẽt deo: q: metuebat ne
ſeditio naſcereť in populo hoc dixiſſe fer
tur. Tangens caput ſuũ iã canũ inq̃t ni-
ue ſoluto lutũ cõgeretur. Per hoc oſten-
dẽs q: ſe defuncto ſeditionem populoge
neraret illa diſcordia q̃ ĩ hymnis fiebat
non patientibus ſuis ſucceſſoribus cum
populi varietate ſentire. Athanaſiꝰ igiť
veniens ad egyptũ innotuit ſynodales
epiſtolas iulij romani pontificis. Inſu-
per et ſynodalẽ maximi hieroſolimitani
que et talia continere dinoſcuntur.

¶ Capitulum.xxxvj.

SAncta ſyno-
dus hieroſolimis congre-
gata ꝑ egyptũ lybiã ⁊ ale-
xandriã conſtitutis preſbi
teris diaconibꝰ ⁊ plebi fra
tribꝰ deſideratiſſimis ĩ dño ſalutẽ Cũcto
rũ deo digne gr̃as agere nõ valemꝰ fra-
tres cariſſimi. ĩ quibꝰ eñ miracula ſemꝑ
egit etiã mõ cũ eccl̃ia veſtra fecit paſto-
rẽ veſtrũ ⁊ dñm cõſacerdotẽq; nr̃m atha
naſiũ vobis ſua pietate reſtituẽs. Quis
eñ aliq̃ñ ſperauit oculis carnalibꝰ intue
ri quẽ nũc ⁊ nos et vos ĩſpicitis? reſpiciẽ
tes quem videre deſideraſtis? Sed vere
orationes veſtre deo olim ſunt audite: q̃
curã hꝫ eccl̃ie ſue: et vr̃as lacrimas atq;
gemitus ſemper inſpexit. Qua propter
vr̃as audiuit ꝑces. Eratis eñ ſicut oues
abiecte ⁊ fatigate: nõ habẽtes quippe pa
ſtorẽ. Propterea viſitauit vos celitꝰ pa-
ſtor verꝰ et de proprijs ouibꝰ curã gerẽs
reſtituit vobis quẽ noſcimini cõcupiſſe.
Ecce eñ ⁊ nos oĩa ꝑ eccleſiaſtica pace fa
ciẽtes veſtreq; dilectioni cõſpirãtes ĩ eiꝰ
amplexu ꝑ̃ceſſimꝰ. Et cõicantes ei ꝑ eũ
vos alloq̃mur ſcriptaq; p̃ñtia deſtinamꝰ
Itaq; ſm̃ gratifica vota vr̃a ſcitote nos
quoq; cũ eo vinculo caritatis obſtrictos.
Debetis ergo etiã ꝓ pietate deo amabi
liũ nr̃oꝝ imperatoꝝ inceſſanter deo ora
re: q̃m ⁊ ipſi cognoſcẽtes veſtrũ deſide-
riũ vobis reſtituere deſtinauerũt. Oĩ er
go honore tẽſis manibꝰ ſuſcipiẽtes illũ
gratificãs orationes offerte deo q̃ vobis
talia cõdonauit. Feſtinate ſiquidẽ ſem-
per ĩ deo gaudere ⁊ gl̃ificare dñ; ꝑ quẽ ⁊
cũ quo pr̃i gl̃ia ĩ ſcl̃a ſcl̃orũ amẽ. Ueniẽs
igiť athanaſiꝰ in egyptũ quos q̃dẽ agno
uit arrij ſectatores depoſuit. Quibus a
ſe depoſitis eccl̃ia coꝝ precepit fidẽ tene
re niceni cõcilij eãq; ſummo ſtudio cuſto
diri. ¶ Socra. ¶ Capitu.xxxvij.

SIc itaq; ſe rebꝰ
hñtibus magnẽtius tyrãnꝰ cir
ca ꝑtes emerſit heſperias. Qui
conſtantẽ imperatorẽ occidentaliũ par-
tium facto dolo circa gallias interemit:
Quo geſto inteſtinũ inflãmatum eſt bel-
lum. Magnentius etem̃ tyrãnꝰ cunctam
tenebat italiã: affricãq; et libiam ſimul
⁊ gallias. In illirico vero ⁊ in ſirmio aliđ
rurſus a militibus excitatũ eſt bellũ per
tyrãnũ nomine britãnionem. Sed etiam
romani tumultus non fortuitus detine-
bat. Fratruelis namq; cõſtantini nepo-
tianus noĩe imperium aſſumpſerat: mo-
nachorũ virtute ſuffultus. Et nepotianũ
quidem magnẽtij milites depoſuerunt.
Magnẽtius autem procedens vniuer-
ſas partes vaſtabat heſperie. Horũ igiť
omnium malorum vniuerſa cõfluxio bre
ui tempore gñata eſt. Quarto enim an-
no poſt ſardicẽſe cõciliũ hec acta noſcun
tur conſulatu ſergij ⁊ nigriani. His itaq;
nũcius apparebat q: ad conſtantiũ ſolũ
imperij iura peruenirent. Quo ꝓuectꝰ

cõtra tyrãnos ſemetipſm̃ quo poterat pre
parabat. ¶ Capitulum. xxxviij.

Aduerſarij ſi q̃dẽ athanaſij oportunũ ſe tẽpus inueniſſe iudicãtes rurſus aduerſus eũ machinabãtur. Tũc iperatori cõſtantio ſuggeſſerũt: q2 oẽm egyptũ ſubuertiſſet ⁊ lybiã. Inuidia ꝟo maxime auxit ei⁹ eo ꝙ ordinatiões ī prochias feciſſet alienas. Athanaſi⁹ interea dũ veniſſet ad alexãdriã ſynodũ egyptiorꝫ cõgregauit epõꝝ. Qui cõſona decreuerũt ſardiceno ꝯcilio atq; hieroſolimis celebrato. Conſtãtius igiť imperator dudũ et ipſe arrianorum ſecta preoccupat⁹ oia q̃ pauloante et placuerãt in cõtrariũ demutauit. Et primũ q̃dẽ eccľie cõſtãtinopolitane põtificem paulũ deportari iuſſit exilio. Quem deducẽtes ī cucuſſaꝫ armenie ſuffocarunt. Marcello aũt denuo ꝓiecto eccleſiã ancyranã baſili⁹ rurſus inuaſit. Luci⁹ aũt adrianopoleos ferro vinct⁹ ī carcere moriť. Tãtũq; valuerũt q̃ ꝺ athanaſio dicebanť vt ī imẽſuꝫ furorẽ cadẽs impator eũ vbicũq; repeririť iuberet occidi. Cũ quo theodolũ ⁊ olimpiũ ꝓſules eccleſiaꝝ tracẽſiũ. Igiť athanaſio volũtas impatoris nõ latuit ſ3 preſentiẽs fuga dilapſus eſt ⁊ minas pricipis declinauit. cui⁹ fugã celauerũt arriani ꝑcipue narciſſus neroniadis epõs georgi⁹ laodicie: ⁊ leonti⁹ tũc anthiochene ꝓſul eccľie. Is em̃ cũ pſbyter eẽt dignitate priuat⁹ eſt: q2 cũ muliere euſtolia noie degẽs ⁊ turpẽ ſuſpitionẽ celare volẽs genitalia ſibimet noſciť abſcidiſſe: ⁊ de cetero q̃dẽ fiducialiter cum muliere viuebat. Poſtea ꝟo ſtudio imperatoris cõſtãtij in anthiochia eccleſia ordinať epõs poſt ſtephanum q̃ primit⁹ ſucceſſerat placite hec igiť de his dicta ſufficiant. ¶ Capitulũ triceſimũ nonuꝫ.

Eo tempore cõſtãtinopoliꝫ macedoni⁹ tenebat eccleſias paulo ſcꝫ amputato predicto mõ. Qui de imperatore preſumẽs chriſtianis cõmouit bellũ ⁊ nõ min⁹ ꝙ qͦs tyrãni eo tpe faciebãt. Suadẽs em̃ imperatori vt ei eccleſias vaſtanti ferret auxilium egit vt lege firmarentur quecunq; peſſime agere mitebatur. Muniens enim ſemetipſum monaſterijs plurimis q̃ ipſe ꝓpria volũtate in cõſtantinopolitana vrbe ꝯſtituit: ⁊ pactis epiſcoporꝫ ī circuitu poſitorꝫ frequẽter ꝺr̃ afflixiſſe pauli dogmata ſapiẽtes. Et primũ q̃dẽ eos ex eccľijs expulit: deinde vero cõicare ſibi coegit ita vt plurimi plagarũ imanitate deficerẽt. Alij vero ſubſtãtijs: alij hũana ciuilitate priuarentur. alijs in frontibus caracteres ponerentur: vt eſſent huiuſmodi ſigno notati. Hec itaq; faciebãt per oẽs orientis vrbes precipue tamẽ conſtantinopolim. Quaꝫ perſecutionem primo tardantem macedonius auxit epiſcopus: helladice vero ciuitate illirici necnon et heſderic partes manebant immote.

¶ Explicit liber quartus

¶ Incipiũt tituli libri quinti.

i Quia defuncto conſtante rurſus arriani cõſtantiũ aduerſus athanaſium incitauerunt.
ij Quid athanaſius in ſatiſfactiõe ſue fuge retulit.
iij Quid rurſus athanaſius de geſtis georgij in libro de fuga ſua retulerit.
iiij Quemadmoduꝫ bretanio ſit priuatus imperio
v De gallo ceſare ⁊ de ſigno crucis quod tunc in celis apparuit
vi De photino hereſiarcha eiuſq; dãnatione.
vij Fides expoſita ſirinio cum capitulis ſubiectis.
viij Alia fides expoſita ſirinio et de diſputatione photini
ix De oſio hiſpano.
x De magnentio tyranno et de tyrannide ſiluani.
xi De reſultatione iudeorũ ⁊ tyrannia atq; peremptione
xij De iuliano ceſare et quia iulio ſucceſſit libertus.
xiij De ethio heretico.
xiiij De inimicis athanaſij
xv De ſynodo apꝺ mediolanũ fctã.
xvi De exilio epiſcoporum orthodoxorum quod athanaſius in fuge

ſue ſatiſfactione conſcripſit.
xvij Dyalogus inter liberium et conſtantium geſtus ⁊ quō liberi⁹ exilio fuerit deſtinatus.
xviij Quō liberius per aditionem romanarum matronarum ab exilio ſit reductus.
xix Quomō eudoxius anthiochenū vſurpauit epiſcopatum.
xx De ariminenſi concilio ⁊ contentionibus ibi factis.
xxi Epl'a concilij ariminenſis orthodoxorum epiſcoporum ad imperatorem conſtantium.
xxij Epiſtola conſtantij ad ariminēſe concilium.
xxiij Epl'a ariminenſis concilij ad imperatorem conſtantium.
xxiiij Quia diſcedentibus ep̄is fuerit conſtantius indignatus.
xxv De ſynodo in nicea trachie celebrata.
xxvj Quō athanaſius furorem denuo conſtantij declinauit.
xxvij Quō paganis inſultantibus futuram triſtitiam prophetauit.
xxviij Que mala per georgium in Alexandria geſta ſint.
xxix Litere damaſi ⁊ ceterorū ad illiricum contra concilium in nicea trachie factum.
xxx Ex literis athanaſij de ariminēſi concilio.
xxxi Que mala macedoni⁹ in ꝯſtantinopolitana vrbe cōmiſit ⁊ q̄ poſthec offendit imperatorem.
xxxij De leontio anthiocheno ep̄o et actio qui magiſter fuit eunomij.
xxxiij De eudoxio qui anthiochenum inuaſit epiſcopatū ⁊ terremotu in nicea bithinie geſto.
xxxiiij De conſilio ſelentia celebrato.
xxxv De legatis concilij ſelentie et de examinatione eţij ⁊ de geſtis ariminēſ.
xxxvj Quō affirmauerūt fidem ariminenſis concilij ⁊ etiam depoſuerunt ſimul et alios.
xxxvij Pro qua cauſa ſit cyrillus hieroſolimorum depoſitus.
xxxviij Enumeratio expoſitionū hereticarum poſt nicenum concilium.
xxxix Q̄ eudoxius arrianus poſt anthiochenū ꝯſtātinopoleos ſua ſit epatum ⁊ de praua etij doctrina.
xl De crudelitate georgij apud alexandriā ⁊ q̄ poſt cyrillum hieroſolimorū tenuerit epatum.
xlj De macedoniano et de macedonianis.
xlij De his que rurſum ab arrianis contra ipſos arrianos geſta ſunt et quomodo euſtacius nequitiā patefecit eudoxij. Et plura conſtantinopolitani cōcilij ad georgium alexandrinum condemnātes etiam cum ſcriptis eius.
xliij De eunomio et quō cirico fuerit ordinat⁹ ⁊ inde rurſus expulſus hereſeos autor extiterit.
xliiij De appollinare ſimul ⁊ filior eorum hereſe.
xlv Quomodo iacobi ep̄i orationib⁹ perſarum rex non potuit preualere romanis.
xlvj De concilio denuo apud anthiochiam congregato.
xlvij De trāſlatione ſancti melecij ad anthiochenū epatū ⁊ de ei⁹ expoſitione de vnitate trinitatis.
xlviij Quia expulſo melecio euzonis arrianus anthiochie ordinatur epiſcopus.
xlix De conſtantia euſebij ꝓpter melecium.
l Quō iulian⁹ negata xp̄iana religione bellū cōtra cōſtantiū ꝓparabat: et de morte conſtantij.

Incipit liber quintus.

Theodoricus.

Capitulum primum.

Breui ſiquidem tp̄e ꝓtereunte defuncto occidētis imperatore cōſtante: conſtantium fautores arrij cōpulerunt athanaſij ad eū memoriā reuocantes q̄ſi ipſe fuiſſet q̄ et fratrē fecerit inimicū: ita vt pene diruptis nature viculis vſq; ad bella deſcenderet. His icitatiōib⁹

conſtantius motus:non ſoluꝫ expelli ſed
etiā perimi ſacratiſſimū athanaſiū im=
perauit.Et mittens quēdam ſebaſtianū
ducem cū maxima militari manu velut
erroneū iuſſit interimi.Quō autēꝫ ⁊ ille
cū exercitu venerit:et ille diffugerit ipſe
ꝗ paſſus ⁊ mirabiliter liberatꝰ eſt meliꝰ
enarrabit.Nam in ſatiſfactiōe ſue fuge
ſic ait.

Capitulum ſecundum.

VErūtamē ex
quirant et modū iā diſceſ
ſionis ⁊ agnoſcant a ſuis.
Erant eñi arriani cū mili
tibus cōcurrētes vt eos ac
cēderent ⁊ ignorātibꝰ nos oſtēderent.Et
licet ſine vlla cōpaſſione ſint vel audien
tes tñ ꝯfugi quieſcant.Erat itaqꝫ iā nox
et aliqui populoꝝ ad vigilias venerāt.
Expectabat futura die collectio.Dux au
tē,repēte aſtitit cuꝫ militibꝰ vltra quinqꝫ
milibꝰ habētibꝰ arma: ⁊ gladios enuda
tos/arcus/ſagittas ⁊ vectes.Et eccleſiā
quidē ipſe circundedit:ſtatuens milites
ſibimet coherētes vt nullus poſſet egre
dictiuꝫ ab eccleſia coꝝ manus euadere.
Ego vero irrationabile iudicans in tan
ta ꝯfuſione populū relinquere ⁊ nos ma
gis ante illos pericula ſuſtinere:reſidēs
in ſede precepi vt diaconus pſalmū lege
ret:populi reſponderēt:qm̄ in ſeculū mi=
ſericordia eius:et ſic oēs in domos ſuos
abirent.Sed duce poſtea ingrediēte ſa=
crariū ⁊ militibꝰ circūdantibꝰ vt nos ca
pere potuiſſent:clerici quidē qui ſunt in=
uenti ſimul et populi clamabant / poſcē
tes vt ⁊ nos diſcederemus vna cū popu
lo.Ego ꝟo magis e diuerſo dicebam nō
nos diſcedere niſi omnes ſigillatim priꝰ
exirent.Surgēs itaqꝫ oratione facta ſic
ꝑcepi vniuerſos abſcedere:melius eſſe
dicēs me periculo ſubiacere:ꝙ̄ quēlibet
eoꝝ excipere leſionem.Egredientibꝰ igi
tur plurimis ⁊ reliquis ſubſequētibꝰ qui
dā:monachi qui ibi nōbiſcū fuerāt ⁊ ali=
qui clericoꝝ aſcendētes traxerunt nos.⁊
ita teſtis eſt ipſa veritas.Militibꝰ aliȷs
ſacrariū circūdantibꝰ:aliȷ per eccleſiā di
ſcurrentibꝰ per mediū coꝝ dño iter dāte
atqꝫ cuſtodiēte pericula cūcta trāſiuimꝰ
deū magnifice glorificantes qm̄ neqꝫ po
pulū neci tradidimus ſed etiam quate=
nus ſaluaretur actū eſt ⁊ manꝰ querētiū
nos effugere preualuimus.

Capitulum tertium.

QUe etiam geor
gius eodem tēpore in Alexan=
dria geſſerit ipſiꝰ Athanaſiȷ ꝗ
hec paſſus eſt voce narremus.In libro
enim quē de ſua fuga ſcripſit.Igitur in
alexandria ſurrexerūt denuo nos querē
tes occidere.Et facta ſunt nouiſſima pe=
iora prioribꝰ.Repente nāqꝫ milites cir=
cūdantes eccleſiam ꝑ orationibus pre=
lia celebrabant.Ingrediente nāqꝫ qua=
drageſima georgiꝰ ex capadocia ab eis
miſſus auxit mala que eoruꝫ calliditate
didicerat.Poſt ſeptimanā itaqꝫ paſche
virgines mittebātur in carcerē.Epiſco=
pi a militibus ducebātur orphanorum⁊
viduaruꝫ domus arripiebantur:et inua
ſiones in domibus agebantur: ⁊ noctibꝰ
xpiani deponebātur.Obſignabātur do=
mus ⁊ fratres clericoꝝ pro fratribus ſu=
ſtinebant.Hec quidem peſſima:ſed gra=
uiora poſtea ſunt preſumpta.Septima=
na eñi que fuit poſt ſanctū penthecoſtē/
populus ieiunās eſt egreſſus ad cymite
riū orationis cauſa eo ꝙ oēs cōmunionē
georgiȷ declinarēt.Sed hoc agnoſcens
ille nequiſſimus ipſe concitauit ſebaſtia
num ducem manicheum qui cū multitu
dine militū/arma gladios euaginatos:
arcus:ſagittaſqꝫ ferentiuꝫ facto impetu
in ipſo die dñico ſuper populū irruit et
paucos orātes inueniēs(cū iam plurimi
diſceſſiſſent)talia geſſit qualia ab eis de
cebāt impleri.Incēdio nāqꝫ ſctō ſtatuēs
virgines ſecus ignē cogebat eas vt ſe ꝓ
fiterētur arrianas.Cūqꝫ eas cerneret eē
victrices ⁊ de igne nullo mō cogitare:ſic
earū vultus lacerauit vt vix agnoſci poſt
tpa potuiſſent.Tenēs aūt ⁊ quadragin=
ta viros tormēto nouiore diſcerpſit.Se=
ctis nāqꝫ de palma virgis ⁊ habentibus
ſuos aculeos/coꝝ dorſa ita ꝟberibꝰ lace
rauit vt quidā coꝝ ſepiꝰ a medicis inciſi
propter ſpinas que coꝝ dorſibus inhere
bāt.Aliȷ ꝟo dū nō ferrēt tormēta mortui
ſunt.Eos autēꝫ qui viuere potuerunt et

quandā virginē exilio deportauit in maximā ſtaſim. Corpora vo mortuorū primo quidē reddi nō paſſus eſt: ſed celauit inſepulta relinquēs ea vt quaſi tāta crudelitas latere videretur. Hoc aūt agūt qui mētis errore deſipiūt. Nam cū parētes mortuorum gauderēt: et quidē propter cōfeſſionē fierent aūt propter corpora defunctorū: potiꝰ eorum impietatis iudicia perſonabant. Poſt hec aūt ex egypto atque lybijs exilio portauerūt epos ammoniū/ muntgaiū/ filonē hermē/ pleniū/ pſenoſirim/ nilamonē/ agathonē/ anagaphū: emmeniū/ marchū/ dracontiū/ adelphiū/ athenodorum. Et preſbyteros hieracē et dioſcorū. et ſic eos acerbiſſime per itinera cōpulerunt vt quidā eorum in ipſis itineribꝰ alij vo per exilia morerentur. Fugauerūt autē epos pluſque triginta habētes ſtudiū ſm achapa: vt ſi poſſent amputarēt penitus veritatē. ¶Theodoricus. ¶Super hec igitur athanaſiꝰ et cōſolatorios libros virginibꝰ illis ſcripſit quam crudeliſſimas ptulerūt paſſiones: dicēs inter hec propterea nemo veſtrū ſit triſtis licet et ſepulturā vobis denegēt impij et phibeāt vos efferri. Nā vſque ad hoc nequitia puenit arrianorum vt et portas clauderēt: et circa ſe ſepulturarū loca veluti demones reſiderēt ne quis ſepeliretur fideliū dilectorum. Hec ergo et his ſimilia georgiꝰ i alexādria faciebat. Sanctus aūt athanaſius nullū locū munitū cautele ſue putabat: cū vtique aut viuum eū deduci aut mortuū decollari et caput eiꝰ īperator ſibi iuſſiſſet afferri. Pro qua re pmiū maximū cōpromiſit hmōi aliquid nuntianti.

¶Socrates. Capitulū.iiij.

Imperator interea in illiricū caſtrametatꝰ eſt: cogebat eū publica neceſſitas maxime betramonis qui p milites auguſtꝰ fuerat appellatus. Cūque veniſſet in ſirmiū mutuo federibꝰ habitis betramonem vidit. Actūque eſt vt multes qui eū cōſtituerāt trāſirēt ad fauorē cōſtātij. Quo facto ſolū conſtantiū imperatorē auguſtū voce miſſa clamauerūt. Cūque de betramone nulla memoria fieret ille repēte ſentiēs ſe traditum ad pedes ſe pſtrauit imperatoris. Porro cōſtātius auferēs eiꝰ coronā ſimul et purpurā clemēter ei locutus eſt: monens vt ſub ſchemate priuato quieſceret: quod vtique eiꝰ etati potiꝰ cōueniret quam haberet nomē ſolicitudinibꝰ onuſtatū iuſſitque ei ſumptus vberrimos ex publicis functionibꝰ exhiberi. Cūque in proſa bithinie betramō mo raretur cōſtantius ſcripſit ei dicēs quod multorum bonorum ei cauſa fuiſſet quē a tātis cogitatiōibꝰ et malis ſibi puenientibꝰ liberaſſet. Nec ſe bene feciſſe quia que ſibi preſtare debuerat illi potius impendiſſet.

¶Capitulum.v.

Tunc igitur imperator gallū cōſobrinum ſuū ceſarē fecit. Cui ſuū nomē impo nēs in ſyria anthiochie deſtinauit vt partes per eū cuſtodirētur orientales. Quo ad anthiochiā veniēte circa orientem ſignū ſaluatoris apparuit Colūna namque ſub ſpecie crucis in celo viſa: maximo miraculo cōſpiciētibꝰ fuit. Alios autē ſuos duces cū multo exercitu contra magnētiū deſtinauit. Ipſe vo in ſirmio morabatur et rei ſuſtinebat euentū. Tūc igitur et photinꝰ eccleſie preſul aperte dogma quod ipſe cōpererat expōebat. ¶Sozomenꝰ. ¶Dicebat autē deus quidē ops vnus qui in pprio verbo cōdidit vniuerſa ante ſecula vero natiuitatem et exiſtentiam filij dicere fugiebat: ſed ex maria natum docebat chriſtum.

¶Socrates. Capi.vj.

Quamobrē tu multu ſurgēte iuſſit imperator conciliū in ſirmio cōgregari. Cōuenitque illic ex orietalibꝰ quidē marchus arethuſe et georgiꝰ alexādrinꝰ quē remoto gregorio ordinauerāt arriani. Venit et baſiliꝰ expulſo marcello ancyre pſule: pācratiꝰ peluſij: hiſpacianꝰ heraclie. Ex ocidētaliū vo valēs mirſenꝰ et tūc famoſiſſimꝰ hoim oſius cordube pōtifex pariter inuitꝰ. Iſti ſiquidē poſt ꝯſulatū ſergij et nigriani quo anno propter bellorum turbas nullꝰ ꝯſulū fuerat ſolēniter ordinatꝰ ꝯuenerūt in ſirmio. Et photinū dogma ſa-

belꝗ libięſis ⁊ pauli ſamoſateni ſepe co
gnoſcentes repente damnauerunt.

¶ Sozomenus. Capitulum.vij.

Poſt hec de fide

ppõnes ediderunt vnam grece
aliã multũ ſibimet textu ſenſu-
qꝫ concordes. ¶ Socrates. ¶ Tũc eteñ
q̃ſi antiqua fidei dogmate rep̄hẽdentes
alias ꝓpõnes de fide ſanxerũt: ſit vnam
quidẽ attico eloquio marcꝰ edidit arethu
ſe. ſꝫ cũ romana lingua ꝯcordiã nõ habẽ
tẽ ſermone neqꝫ cõpõne ſed nec ipi greci
tati cõuenictẽ. vnã itaqꝫ latine a marco
cõpoſita h̄ ſubiũgã: ſcdaꝫ ꝓo quã latini
no poſtea relegerũt loco ꝓprio ponemꝰ
dũ ea q̃ ibi geſta ſunt dixerimꝰ. vtraqꝫ tñ
grecitatẽ cõuerſa eſt. Marcus ergo hoc
modo expoſitionem de fide dictauit.
¶ Credimꝰ in vnũ deũ patrẽ oĩpotentẽ
creatorẽ et factorẽ vniuerſoꝝ ex quo oĩs
paternitas in celo ⁊ in terra noĩatur ⁊ in
vnigenitũ filiũ dñm nr̄m ieſuꝫ xp̄m q̃ an
te oĩa ſcl'a ex patre natꝰ eſt: deũ ex deo: lu
mẽ ex lumine ꝑ quẽ facta ſunt oĩa ĩ celis
⁊ in terra viſibilia ⁊ inuiſibilia ꝟbũ exi-
ſtens ⁊ ſapiẽtia ⁊ lumẽ verũ ⁊ vita q̃ no-
uiſſimis diebꝰ ꝓpter nos humanatꝰ eſt
ex ſancta ꝟgine ⁊ crucifixus ⁊ mortuus ⁊
ſepultus. Et reſurrexit a mortuis tertia
die: ⁊ aſcẽdit in celũ ⁊ ſedet ad dexteram
patris ⁊ vẽturus eſt in ꝯſummationẽ ſe
culi iudicare viuos ⁊ mortuos ⁊ reddere
vnicuiqꝫ ſcd̃m opera ſua. Cuiꝰ imperiuꝫ
ſine fine exiſtẽs in ſecula ꝑmanet infini-
ta. Erit eñ ſedens in dextera patris nõ
ſolũ in hoc ſeculo: ſed etiã in futuro. Et i
ſpm̃ ſctm̃ paraclitũ. i. cõſolatorẽ quẽ pro
mittẽs ap̄lis poſt aſcẽſionẽ ad celos eſſe
mittendũ vt doceret ⁊ cõmemoraret eis
vniuerſa trãſmiſit. Per quẽ etiã ſanctifi
cãtur aĩe credẽtiũ ĩ eoꝝ aciter. Eos aũt q̃
dicũt ex non exiſtẽtibꝰ filiũ: aut ex alte-
ra eſſentia ⁊ nõ ex dei ⁊ q̃ erat tp̄s aut ſe
culum quãdo nõ erat: alienos nouit ſan
cta catholica eccleſia.

j ¶ Rurſus igitur dicimus. Si q̃s
patrem ⁊ filium duos dicit deos
anathema ſit.

ij Et ſi q̃s deũ xp̄m añ ſcl'a filiũ dei
miniſtrãtẽ p̄ri ad creationẽ vni-
uerſoꝝ nõ ꝯſitetᷓ anathema ſit.

iij Si quis ingenitũ aut patrẽ eius
ex maria natum dicere p̄ſumit
anathema ſit.

iiij Si q̃s ſc̄m p̄ſcientiã ante mariaꝫ
dixerit filiũ eſſe ⁊ nõ ante ſecula
ex patre natũ apud deũ eſſe et ꝑ
ip̄m oĩa facta anathema ſit.

v Si q̃s ſubſtãtiã dei dilatari aut
contrahi dixerit anathema ſit.

vj Si quis dilatatam ſubſtantiam
dei filium dixerit facere aut dila
tationem eius ſubſtantie filium
nominauerit anathema ſit.

vij Si q̃s affectiuũ aut ꝓlatiuũ ꝟbũ
dixerit dei filium: anathema ſit.

viij Si quis hoĩem ſolũ dixerit filiuꝫ
qui ex maria eſt: anathema ſit.

ix Si quis deũ ⁊ hoĩem ex maria di
cens deum ingenitum eundẽ in
telligit anathema ſit.

x Si q̃s illud ꝙ ſcriptũ eſt ego deꝰ
primꝰ ⁊ ego poſtea ⁊ p̄ter me nõ ẽ
deus cũ in deſtructionem ydolo
rum et deorum non exiſtentiũ di
ctum ſit ad deſtructionẽ magis
vnigeniti ante ſecula dei iudai-
ce percipit: anathema ſit.

xj Si quis audiens verbum caro fa
ctuꝫ eſt verbum in carne mutatũ
putauerit aut conuerſione facta
ſuſcepiſſe carnem anathema ſit.

xij Si quis vnigenitum filium dei
crucifixum audiens corruptionẽ
aut paſſionem aut conuerſionẽꝫ
aut mutationem aut peremptio
nem ſuſtinuiſſe dicit: anathe. ſit.

xiij Si quis quod ſcriptum eſt facia
mus hoĩem nõ patrẽ ad filiũ di-
cere ſed ip̄m ad ſemetip̄m aſſerit
dixiſſe deum: anathema ſit.

xiiij Si quis contra iacob non filium
tanq̃ꝫ hominem luctaſſe ſed ige-
nitum deum aut patrem eius di
xerit anathema ſit.

xv Si quis illud quod ſcriptum eſt
pluit dominus a domino non de
patre et filio preceperit ſed ip̄m
a ſemetipſo pluere dixerit ana-
thema ſit.

Pluit ei dominꝰ filiꝰ a dño patre

xvi Si qͣs audiẽs dñm patrẽ aut fi-
liũ dñm ⁊ dñm patrẽ ⁊ filiũ ⁊ dñs
a dño dicẽs duos aſſeruerit deos
anathema ſit. Nõ eñi coaptam⁹
filiũ prĩ: ſʒ ſubditũ nouim⁹ Neqȝ
eñi deſcẽdit in corpus ſine volun
tate patris neqȝ pluit a ſemetip-
ſo: ſed dño autoritatẽ dãtẽ pbẽte
patre: neqȝ ſedit a dextris a ſe-
metipſo ſed audiuit dicente pa-
tre ſede a dextris meis.
xvij Si qͣs patrẽ ⁊ filiũ ⁊ ſpm̃ſanctuʒ
vnam perſonam dicit anate. ſit.
xviij Si qͣs ſpm̃ſctm̃ paracletũ dicẽs in
genitũ aſſerit deũ anathema ſit.
xix Si qͣs ſicuti docuit nos nõ aliuʒ
dicit paracletũ pter filiuʒ ait eñi q̃
aliũ paracletũ mittet vobis pater
quẽ rogabo ego anathema ſit.
xx Si quis ſpm̃ dicit patreʒ patris
aut filij anathema ſit.
xxi Si qͣs patrẽ ⁊ filiũ et ſpm̃ ſanctũ
tres dicit deos anathema ſit.
xxij Si quis concilio dei tanq̃ vnam
creaturarum factum aſſerit filiũ
dei anathema ſit.
xxiij Si quis nolente patre natum fi-
lium dixerit anathema ſit.
Nõ eñi inuit⁹ ⁊ vim paſſus pr̃ ne
ceſſitate naturali q̃ſi nolens ge-
nuit ſed ilico vt voluit etiã ſine
tempore ⁊ ſine paſſione ex ſemet
ipſo genuit eum.
xliiij Si quis ingenitũ ⁊ ſine pͥncipio
dicit filiũ tanq̃ duos ſine pͥnci-
pio ⁊ duo ingenita dicẽs ⁊ duos
faciens deos anathema ſit. Ca-
put eñi eſt ⁊ pͥncipiũ oim filius.
Caput aũt xp̄i deus. Sic eñi ad
vnũ oim pͥncipiũ qd̕ eſt ſine pͥnci
pio p filiũ pie oĩa referunt. Rur-
ſus autem ſubtiliter inſpiciẽtes
xp̄ianũ ſenſum dicimus.
xxv Si qͣs xp̄m deũ filiũ dei añ ſecu-
la miniſtrantẽ patri ad oẽʒ crea
tionẽ nõ dixerit ſʒ ex q̃ ex maria natus
eſt extũc dicit filiũ ⁊ xp̄m eſſe vocatũ ⁊ ini
tiũ pcepiſſe vt deus eſſet: anathe. ſit ſicu
ti ſamoſaten⁹. ¶ Alia fides expoſita ſiri
nio latine quã nos ex greco trãſtulimus.

¶ Capitulum. viij. A

QUoniã de fili
de placuit quedã fieri tra
ctatũ. oĩa caute q̃ſita ſunt
⁊ expoſita ſirinio ſub pſen
tia valẽtis ⁊ vrſacij atqȝ ger
manij ⁊ ceterorum. Cõſtitit vnũ deũ eſſe: pa
tre oĩpotentẽ ſicut ẽt in oĩ orbe terrarum an
nuntiat. Et vnũ vnigenitũ filiũ ei⁹ ieſum
xp̄m dñm ⁊ deũ ſaluatoreq́ȝ noſtrũ ex eo
ante ſecula genitũ. Duos aũt deos non
oportere dici qm̃ ⁊ ipe dñs ait: ibo ad pa
trẽ meũ ⁊ ad patrẽ veſtrũ deũ meũ ⁊ deũ
veſtrũ. Propterea ⁊ oim deus eſt ſicuti ẽt
apl̕s docuit iudeorum deus nõ ſolũ: nõne ⁊
grecorum ⁊ gentiliuʒ: vtiqȝ. Qm̃ circũciſio
ex fide ⁊ preputiũ per fidẽ: ⁊ cetera quidẽ
oĩa conſonant ⁊ nulla remanere videtur
diſcordia. Quia vero multos mouet ſer-
mo latinus ſubſtantie qui greca lingua
dicitur OYCYA. vt ſcrupuloſiſſime co-
gnoſcatur omouſion: hoc eſt eiuſdẽ ſub-
ſtãtie aut omoioſion. i. ſimilis ſubſtãtie
non oportet horum ſermonum quandaʒ
omnino fieri mentionem neqȝ de his ex-
poni apud eccleſiam. Propter hanc cau-
ſam ac rationem, q: in ſanctis ſcripturis
nihil tale conſcriptum eſt: ⁊ quoniaʒ hec
vltra humanam ſcientiam ⁊ intellectum
ſunt: ⁊ nullus poteſt generationẽ filij nar
rare ſicut ſcriptum eſt: generationẽ eius
quis enarrabit? Hoc eñi ſciendũ ſolũ pa
trem noſſe: quẽadmodũ filiũ generauit: ⁊
rurſus filiũ quomodo ipe de patre ſit ge
nitus. Nulli vo dubiũ eſt maiorẽ eſſe pa
trẽ honore ⁊ dignitate atqȝ diuinitate: et
ipſo noĩe paterno eſſe potiorẽ teſtificãte
filio ipſo. Qui me inquit miſit pater ma-
ior me eſt. Et hoc eſt catholicuʒ. Nullus
ignorat duas pſonas eſſe patris et filij.
Et patrẽ quidẽ maiorẽ. filiũ vo ſubiectũ
cũ omnibus que ei pater ſubiecit. eius
patrem vero initiũ non habere ⁊ inuiſibi
lem ⁊ immortalẽ ⁊ impaſſibilẽ eſſe. filiuʒ
vero natũ ex patre deo, lumen ex lumine
⁊ huius natiuitatem ſicuti predictũ eſt
nullum noſſe niſi ſolũ patrẽ ipm̃ vo filiũ
dñm ⁊ deũ noſtruʒ. carnẽ ſeu corpus hoc
eſt hoĩem aſſumpſiſſe: ſicut ⁊ angelus an
nuntiauit ⁊ omnes ſcripture docẽt: et ma
xime ipſe apl̕s doctor gentium. Homi-

nem aſſumpſit chꝛiſtus ex maria virgine per quē paſſus eſt. Apex aūt totius ſidei ⁊ firmamentū eſt vt trinitas ſeruet ſemꝑ ſicut in euangelio legimus. Euntes docete omnes gentes: baptizantes eos in nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpiritusſancti. Integer autem atqꝫ perfectus eſt numerus trinitatis. Paracletus vero ſpiritus ſanctus per filium miſſus venit ſecundum pꝛomiſſionem vt apoſtolos ⁊ omnes credentes ſanctificaret. ¶ His igitur explanatiōibus etiā poſt dam B nationez photinum conſentire et ſubſcribere ſuadebāt promittentes ei reddere epiſcopatum ſi per penitentiā anathematizaret dogma quod ipſe comperrerat ⁊ in eoꝛuz ſententia conſonaret. Ille vero eoꝛuz quidem propoſitum non ſuſcepit ſed prouocauit eos ad diſputandum. Quapropter definito die imperatoꝛis voluntate conuenerunt preſentes epiſcopi ⁊ ſenatoꝛuz non pauci quos ꝑceperat adeſſe diſputationi princeps. Inter quos reſtitit photino ſabinus eccleſie tunc ancyꝛe pꝛeſul, exceptoꝛibus voces eoꝛum conſcribentibꝰ. Magnaqꝫ certamina ſermonum inter vtrāqꝫ partem facta noſcuntur: victuſqꝫ photinus dānatus eſt. Et in fuga conſiſtens de cetero libros vtraqꝫ lingua conficiebat quoniā neqꝫ latino ſermone videbatur ignarus Scripſit quoqꝫ contra omnes hereſes propꝛiū ſtudens dogma firmare. Et de photino quidez hec dicta ſufficiant. Sciendum tñ quoniā ſirinio conuenientes epiſcopi penitentia ducti ſunt in expoſitione fidei latina lingua ꝓlate. Poſt editionem nāqꝫ ſibi eā contrariā iudicabāt. Quā ſtuduerunt ab epiſcopis qui eā iam ſubſcripſerāt reddi quoniā celabatur a plurimis. Imperatoꝛ autem edictis queri ꝑcepit editionē ipſam ſuppliciū minatus ſi quis eā celaſſe comperiret. Sed neqꝫ terroꝛ deſtruere potuit qꝺ ſemel fuerat iſtitutū eo qꝺ apud multos haberet. Et de his quidē iſta dixiſſe ſufficiāt. ¶ Capitulum. ix.

QUia vero ⁊ de oſio hiſpano illic veniente fecimus mentionē: breuiter etiā de eo dicendū eſt Ante paululū tempus iſte vir molimine arrianoꝝ fuerat miſſus exilio. Tunc aūt ſtudio coꝝ qui ſirinio ꝯuenerūt eum euocauit impatoꝛ volens eū aut ſuaſione aut neceſſitate concoꝛdare preſentibꝰ. Hoc enim facto maximū fidei eoꝝ putabatur eſſe teſtimoniū. Quapropter ſicuti dixi ex neceſſitate venit. Et dū eis ꝯſentire reſpueret toꝛmenta longeuus plagaſqꝫ perpeſſus eſt. vnde etiam neceſſitate vehementi expoſitionibus tūc editis cōſenſit atqꝫ ſubſcripſit. Hunc ergo terminuz habuerunt que tunc ſirinio geſta noſcuntur. Imperatoꝛ autem conſtantius moꝛabatur in ſirinio ꝯtra magnentium expectabat euētū. ¶ Capi. x. A

INterea magnētius ad ſenioꝛē peruenientēs romā multos peremit ſenatoꝛū ac populi. Et agnoſcens vicinos eſſe contra ſe Conſtantij milites abſceſſit ad gallias partis occidentalis. Cūqꝫ illic bellū ſepius inter alterutros exercerent: modo iſti modo illi victoꝛes eſſe videbātur. Nouiſſime aūt deuictus magnētius fugit in murſam quod eſt gallie caſtrū. Uidēſqꝫ ſuos milites quaſi de perditione triſtes ſtans celſioꝛe loco eos nitebatur allocutionis ꝯſuetudine cōfoꝛtare. Tūc illi fauoꝛē ſolitū magnētio exhibere preparati/ e diuerſo nolētes clamauerunt oēs Conſtāti auguſte tu vincas. Hoc auguriū magnētiꝰ traxit ad ſemetipm tanqꝫ ei nō diuinitꝰ ꝯcederet iperiū. Et ꝓpterea relinquēs caſtrū ad vlterioꝛa tēdebat. Seqntibꝰ aūt ꝯſtātij militibꝰ circa montē ſeleucū facta ꝯgreſſione ſolꝰ fugiēs venit in lugꝺ. vꝛbē cōperiēſqꝫ suā mrēm ⁊ frēm quē ceſarē ꝯſtituerat interfectos: nouiſſime interfecit ⁊ ſemetipſum conſulatu conſtantis ſexto et cōſtantij galli ſecundo auguſti die quintodecimo. Non poſt multum vero tempus etiā decentius eius frater ſemetipſum ſtrangulauit B Sed neqꝫ ad rempublicam quies venit. Nā poſt paululū apud gallias occidentales ſiluanus quidam tyꝛannus eſt exoꝛtus quem duces conſtātij velociter peremerunt.

¶ Capitulū. xj. A

POꝛro iudei in Dioceſaria paleſtinea reſidētes vicina loca turbabāt. Et ſumentes arma: tentabāt reſultare romanis. Poſt hec itaqꝫ gallus Ceſar cū anthiochie degeret exercitu deſtinato eos appꝛehēdit ciuitatēqꝫ vaſtauit. Cuꝫ vi B deretur ſibi pſpere geſſiſſe: felicitatē nō ferēs: acceſſit ad tyꝛannidē. Et nō inſinuās impatoꝛi ſuā intētionē qſtorem vocabulo magnū ⁊ domicianū prefectum oꝛientis occidit. Ob quā rē Cōſtantius indignatꝰ euocauit eū. Qui cū contēnere nō valeret pergebat ad pꝛincipem. Cūqꝫ contra inſulā flaconenſem veniſſet eū illic cōſtātius pcepit interimi.

¶ Capitulum duodecimum. A

gātia motus etiā contra chꝛiſtianos con
ſcripſit libꝛos.Ut ergo cocos atqꝫ tonſo=
res expelleret/opus p̄hi non tñ impera=
toꝛis egit vt aūt detraheret atqꝫ lacera=
ret neqꝫ p̄hi neqꝫ pꝛincipis fuit.

· ℂSozomenus. Capitulum.ij.

FErt itaqꝫ mox
in ipſo pꝛincipio iulianum ſic
aperte ⁊ impudenter negaſſe
chꝛiſtianā fidē:vt quibuſdam
ſacrificijs et inuocatiōnibus quas expe=
ditiōes pagani vocāt:⁊ ſanguinē immo
lationū noſtrū baptiſma ſtudēt ablui et
abꝛenūtiare eccleſiaſtice cōfeſſioni.Et il
lo eñi tēpoꝛe tā ſecreti q̄ꝫ publice ex; in tē
plis licēter pagani ſacrificia celebꝛabāt.
Fertur qꝛ dū aliqñ ſacrificarēt oſtenſum
B ſit in viſcerib⁹ pectoꝛis immolati ſi
gnaculū crucis coꝛona circūdatum.Quo
viſo.alios quidē ſacrificij miniſtros fuiſ
ſe perterritos eſtimātes quippe hmōi re
ligionis virtutē ⁊ xp̄iani dogmatis eter
nitatē eo q̄ coꝛona q̄ circūdabat crucē vi
ctoꝛie eſſet indiciū. et qꝛ ambitus circuli
a ſuo pꝛincipio nuſq̄ꝫ terminaret.ſꝫ magis
rurſus reuerteret̃ i ſemetip̄o.Cūqꝫ ceteri
mirarentur:pꝛinceps huius ſcientie con
foꝛtauit eos dicens pꝛoſpera ⁊ vtilia ſibi
indicia fuiſſe mōſtrata:⁊ qꝛ magis ſignū
dogmatis chꝛiſtiani coerceret̃ nec ei quo
vellet dilatari liceret circuli termino cir
cunſeptum.

ℂTheodoꝛicus.

ℂJulianus eñi metuens conſtantium qꝛ
genere pꝛoximos tyꝛannidis foꝛmidine
pertinebat lectoꝝ ſociatus choꝛo:⁊ di=
uinos codices in eccleſia populo audien
te legebat.Nam et baſilicam martyꝛuꝫ
edificauit quam diuina pꝛouidentia nō
ſuſcepit. ℂSozomenus. Capitu.iij.

CUm adhuc pu
eri gallus ⁊ iulianus in cap
padocia moꝛarētur aiūt ha
buiſſe eos tunc ſtudiū vt ma
ximā baſilicā ad ſepulturā martyꝛis ma
me fabꝛicarēt.Et inter ſe diuiſerūt op⁹.
Cūqꝫ ambo certarent in edificio vt alter
alterū ſuperaret:fertur aliqd̄ pꝛoueniſſe
miraculū ⁊ niſi hactenus ſupereſſent qui
hec ſe audiuiſſe ab inſpicientibus enarra
rent videret̃ foꝛſitā incredibile.Galli nā
qꝫ pars augebat̃ ⁊ omnino creſcebat:iu=
liani v̄o laboꝛes/alij quidē fodiebantur
alij terra ipſa vomēte ruderib⁹ implebā
tur.Aliquoties depoſita fundamēta ter
re cōpleri nō poterāt:ac ſi quedā violēta
virt⁹ ex loco īferioꝛe repercutiēdo depel
leret.Que cā cūctis apparebat eſſe p̄di=
gioſa.Ex illo nāqꝫ extiſtimabātqꝛ non eſ=
ſet vir ille in religiōe xp̄iana salubꝛis.

ℂSozomenus. Capitulum.iiij.

CUm igitur ſo/
lus tenuiſſet īperiuꝫ tēplaqꝫ
reſeraſſet ⁊ alia repararet:oēm
deuotionē etiā miniſtris tē=
ploꝝ affluēti⁹ impēdebat.Sepe v̄o ciui
bus in cōe reſcripſit:vt ad paganos acce
derēt ritus/⁊ ei⁹ donatiōe fruerent̃:xp̄ia
nis ſe inimicū aperte deſignās/ita vt ne
qꝫ.venire ad ſe eos vellet neqꝫ legatiōes
eoꝝ ſuſcipere.Demū cū perſe mouiſſent
bellū legationē mittētib⁹ niſibinis tanq̄ꝫ
oib⁹ xp̄ianis ⁊ neqꝫ tēpla reſerātib⁹ neqꝫ
ad eoꝝ ſacra volētib⁹ interminat⁹ eſt nō
ſe auxiliū p̄biturum nec legationē quaſi
pollute ciuitatis eſſe ſuſceptuꝝ:neqꝫ ad
eos pꝛimit⁹ acceſſurū.niſi cognoſceret in
paganitatē eē mutatos.Hoc ēt apd̄ pale
ſtinā q̄ſt⁹ de ꝯſtātinēſib⁹ delegauit. Hic
enim locus cum eſſet gaze poꝛtus et ma
ioma vocarentur:eſſetqꝫ chꝛiſtianis ple
nus a conſtantino dignitatē meruit ciui
tatis:⁊ ex filij ei⁹ noie conſtantia nuncu
pata eſt. Jniuſtum enim arbitratus eſt

conſtantibus vt paganis ſubdita videre
tur eſſe gazenſibus. Tunc ergo iuliano
regnāte: litem gazei cōſtantinienſib⁹ in=
tulerūt. Quo iudice reſidente cōſtantiā
rurſus eis ſubdidit/diſtantem quaſi ſta
dia viginti. Et ex illo ſublato priori noīe
gaze maritime vocabulo nūcupat. Ha=
bebat enim cōmunes iudices atqꝫ duces
ſola vero iura eccleſie duas videtur oſtē
dere ciuitates. vtraqꝫ em̄ ſuū ep̄m habe
ret clerum. Et vigilie martyrū atqꝫ colle
ctarū apud eos ſeorſum fiunt: et termini
vtriuſqꝫ ep̄atus eccleſieqꝫ ſiſtunt. Quodā
tempore defuncto māmeno pōtifice qui
dam preſulū eccleſie gazeorum: ſtuduit
vtrūqꝫ clerū ſue ditioni ſubmittere fas
nō eſſe dicens. vt vni ciuitati duo ep̄i pre
ſiderent. Reſiſtentib⁹ maiomenis delibe
rauit ꝓuincie ſynodus: vt eis ꝓprium or
dinaret ep̄m: oportere credens vt q̄ ſub
conſtantino ꝓprietatis religione ciuita
tis habere priuilegia meruerunt ⁊ paga
ni principis iudicio hec amiſerūt in ſa=
cerdotijs ⁊ ordine eccleſiaꝝ nequaꝙ̄ dato
antiquitus honore priuarētur. Ea ſiqui
dem tēpeſtate ceſariā cappado ✠ cie
maximam ac feliciſſimā ciuitatē ita vo=
cari ꝓhibuit eiqꝫ appellationē antiquā
ceſaris abrogauit quam a claudio ceſa=
re ꝓmeruerat. Nā prius mazaca vocaba
tur. Habebat em̄ odium ei⁹ antiquit⁹ eo
ꝙ oīs eius eſſet populus xp̄ianus/⁊ tem
plum apud ſe iouis et patrij deſtruxiſſet
apollinis. Nā cū etiā eo regnāte fortitu=
dine ſacellum qđ ſolū remanſerat a xp̄ia
nis fuiſſet euerſum ciuitati crudel'r erat
infeſtus ⁊ paganoꝝ populos hic ⁊ illic ha
bitantes valde culpabat qui ſemetipſos
vlti nō eſſent ⁊ quodlibet ꝓ fortuna ſuſti
nuiſſent. Oēs vero poſſeſſiōes atqꝫ pecu
nias ceſarienſiū eccleſiarū cū verberib⁹ ex
quirēs ad mediū iuſſit afferri. Moxqꝫ ex
eis trecētas auri libras in erario publi=
co collocauit. Clericos aūt vniuerſos ag
gregari inter milites iuſſit duci ꝓuincie
ſeruituros qđ eſt nimis graue ⁊ vehemē
ter iniurioſum. Populū ꝟo chriſtianorū
cū vxorib⁹ ac filijs inſcribi precepit ⁊ tāꝙ̄
vicanos tributa perſoluere: cū intermi=
natione iurans: q̄ niſi tēplū rurſus feſti
nanter edificarent ⁊ ciuitatē nimis affli=
geret et neqꝫ capita ſua galileos habere
permitteret. Sic enim ſolebat euocare
chriſtianos. Quod forte venerat niſi fine
celeri defeciſſet. Capi. v.

INitio nāqꝫ par
cens chriſtianoꝝ clemētior vi
ſus eſt ſciēs priores perſecu=
tores nihil ꝓfuiſſe ad augmē
tū paganitatis quotquot punierint chri
ſtianos qui magis hinc creuerint ⁊ facti
ſunt glorioſi ꝓ vero dogmate morientes
Inuidiā ergo habēs coꝝ glorie a tormē
tis abſtinuit iudicans eſſe neceſſariū vt
ſermone poti⁹ ⁊ ammonitione ad paga=
nitatē colendā populo ſuaderet: credens
etiam hic ſe monſtrare clementem.

¶ Capitulum. vi.

DIcitur em̄ q̄ dū
cōſtātinopolim apud fortunā ſa
crificaret: acceſſiſſet ad eū maris
ep̄s calcedonie: ⁊ publice ipſū et ſine deo
apoſtatāqꝫ vocitaſſet: illū vero ſolā ei im
properaſſe cecitatē. Erat em̄ ſenex ⁊ im=
becillitate oculoꝝ manu alteri⁹ agebat.
Super hec volēs etiā lacerare deū con=
ſuete dixit. Neqꝫ galileus de⁹ tu⁹ curare
te poteſt. Reſpondens vero maris dixit.
Ego inquit deo meo ꝓ cecitate gratias
ago: q̄ hoc ideo eſt geſtum ne te videam
pietate nudatū. Imperator autem nihil
rn̄dens abſceſſit. Sic em̄ putabat poti⁹
roborari paganitatē: ſi ſe patientē ac mi
tem chriſtiano populo demonſtraſſet.

¶ Capitulum. vij.

HEc itaqꝫ faci=
ens qui fuerāt a cōſtātio fu=
gati pro religione reuocauit
⁊ confiſcatis patrimonia ſua
reſtituit: precipiens populo vt nullum
lederent chriſtianū neqꝫ nolentē ſacrifi=
care cōpellerent. ſponte vero accedētes
ad aras pri⁹ expiari apud demones: pur
garique ſolitis coꝝ ſacrificijs preparabat.
Clericis autem omnia priuilegia hono=
res conſuetudineſqꝫ ſubtraxit: ⁊ leges po
ſitas ꝓ eis ſoluit: ipſoſqꝫ curie tradidit:
ſimul ⁊ virgines atqꝫ viduas q̄ ꝓ penu=
ria inter clericos paſcebant iuſſit exigi ea

que dudum a publico accepiſſent Cōſtā tius em̄ imperator diſponēs res eccleſiarū vnicuiq̄ ciuitati ꝓſpexit: vt clerus ſufficiētie molumēta perciperet:⁊ hoc lege firmauit qđ hactanus mortuo iuliano ſeruabat. Hāc exactionē aiūt nimis fuiſſe crudelē. Auferebat em̄ ſubinde pecunias ⁊ ornamēta ſacra: templaq̄ ſub conſtātino ⁊ cōſtātio fundata deſtruebātur. Date ad edificia pecunie rurſus exigebātur. Hac occaſione ſacerdotes ⁊ clerici ⁊ ppl's chriſtianus crudeliter vexabatur.

¶ Socrates. Capitulum.viij.

Eridem tempus in alexādrinoꝝ maxima ciuitate ↄtigit ex hmōi cauſa ſeditio. Erat loc⁹ quidaʒ in ciuitate antiquis tēporibus deſolatus atq̄ neglectus. multaq̄ ſorde cōpletus hic pagani olim deo methre ſacrificantes holes immolabant quē locū cōſtātius quaſi vacantē eccleſie alexādrine cōceſſerat. Hic georgi⁹ volēs oratoriū fabricari repurgiū faciebat. Qđ dū fieret, inuentū eſt illic aditū in multa ꝓfunditate ↄſtructū in quo paganoꝝ miniſteria celebrabant. Erāt em̄ ibi caluarie hoim plurime: maioꝝ pariter ⁊ infantiū qui perhibebant illic extincti vt ex eoruʒ viſcerib⁹ artes magicas exercerent. Hec igit chriſtiani reperientes in adito methre ſtuduerūt ad irriſionē paganoꝝ vniuerſis hec facinora reſerare: diuulgabātq̄ capit a hoim q̄ cōpererāt. Hec alexādrie pagani reſpiciētes ⁊ opprobrium nō ferētes: ira ſuccēſi ſunt: ⁊ oē q̄ ad pn̄s iuenerūt arma iudicātes: impetu ↄ xp̄ianos facto multos interemerūt. Alios gladijs: alios fuſtib⁹ aut lapidib⁹: alios funib⁹ ſtrāgulātes: quoſdā etiā crucifigentes ad ſacre crucis iuriā plimos diuerſis vulnerib⁹ affligētes. Et ita geſtū eſt vt neq̄ ꝓximis parcerēt: ſʒ phs phm percuſſit: ⁊ frater fratrē: pr̄ parētes ⁊ filios inuicē l ſua nece graſſati ſūt. Quāobrē xp̄iani eūdē locū purgare deſierūt. Capit.ix.

Interea cuʒ iudices denūtiaſſent mortuū fuiſſe ↄſtantiū ⁊ imperarꝫ iulianū: ſeditionem fecit in alexandria popul⁹ paganoꝝ ⁊ impetu facto ↄtra georgiū vinculis cū alligauerūt. Quē poſt paululū veniētes ad carcerē peremerūt: eiuſq̄ cadauer imponētes camelo a mane vſq̄ ad veſperā per totā portauerūt ciuitatem: ⁊ circa ſero cōcremauerūt. ¶ Multi ferūt arrianoꝝ q̄ ab amatoribus athanaſij factū: ſed ego reor indubitanter hoc feciſſe gētiles: cū vtiq̄ ⁊ querelas haberēt aduerſus ꝓpter ydola ⁊ tēploꝝ iiurias: ꝓhibitionemq̄ ſolēnitatū: quod etiā iulianus ſic ſe habuiſſe teſtatur per literas ad alexandrinos miſſas: in quib⁹ culpat eos penamq̄ relaxat quaſi ꝓpter reuerentiā ſerapis quē ciuitatis conſeruatorem dixit: et alexandri conditoris eius: necnon iuliani ſui auunculi in paganitate deuoti et chriſtianos nimis odientis.

¶ Capitulum.x.

Icitur em̄ q̄ ſtudiū habuerit vt in theſauros imperator eos plurima et p̄tioſa eccleſie anthiochene vaſa recōderet et quia clauſiſſet ecc̄ias ⁊ vniuerſos clericos effugaſſet ⁊ ſolū tūc theodoricū ſteti ſſe p̄ſbyterū. Quē, dū tāq̄ vaſoꝝ cuſtodē cōprehēſum crudel'r ſauciaſſet: nouiſſime gladio p̄cepit occidi. Qui fortiter inter vniuerſa tormēta rn̄dit. Et ꝓ dogmatis cōfeſſione deuicit. Cūq̄ vniuerſa deo dicata vaſa ⁊ pallia collegiſſet ꝓijciens hec in terra ↄtumelijs ⁊ iniurijs vt voluit agēs chriſtū: ſuper ea etiā ſedit: ⁊ cumulū auxit iniuriarū. Moxq̄ verēda ei⁹ ⁊ loca femorib⁹ circūpoſita ferūt eē ꝑcuſſa: ⁊ ad tm̄ ꝑuenit vſq̄ ad putredinē vt vermes crearet: medicis laborātib⁹ nec valētib⁹ vincere paſſionē. Cōficiebāt em̄ oimoda p̄tioſaq̄ medicamina ex pinguib⁹ volatilib⁹ vt coꝝ craſſitudine corrupta ⁊ putrida mēbra linirētur. Hoc facto vermes ad ſuꝑficiē ꝓuocabāt: q: in ꝓfundo ebulliētes viuas ſerpebant carnes. Et donec moreret nō fuit ab hac paſſiōe ſecurus. Hoc itaqʒ claruit diuina indignatiōe geſtū dū etiā cuſtodes imperaliū theſauroꝝ ⁊ alij plurimi aduerſus ecc̄ias iſurgentes: inopinata et miſerāda morte de

functi ſunt quaſi ſuperna indignatione damnati. Capitulum.xj.

His dictis tēpꝰ eſt vt memoriā faciamus euſe biȷ ⁊ nectari ⁊ zenonis fratruȝ chriſtianoꝝ cōtra quos odiuȝ exercētes populi gazeoꝝ domi celatos ⁊ comprehēſos vinculiſq traditos atq flagellatos poſtea cōuenientes in theatruȝ aduerſus eos clamare ceperūt: quaſi eorū tēpla deſtruxiſſent ⁊ in iniurias paganoꝝ pterito tpe multa geſſiſſent. Cūq alterutros vt vulgi moris eſt excitarēt: concurrētes ad carcerē ⁊ educētes eos crudeliter occiderūt nūc in terra pnos: nūc ſupinos trahētes atq percutiētes ⁊ vulnerātes lignis lapidibꝰ atq fuſtibꝰ. Audiui nāq etiā mulieres egreſſas: ⁊ cum radijs telarū eoꝝ corpora vulneraſſe: ⁊ cocos publicos: alios aquā alios feruētes ollas fudiſſe ſup eos: alios ſubulis eorū mēbra perforaſſe. Cūq eos dilaceraſſent capiteq fregiſſent ita vt cerebrū in terra iaceret: deduxerunt ante vrbem vbi ſolebāt mortua iumēta proijcere. ibiq eorū cōcremātes oſſa q̄ remāſerant inter cadauera cameloꝝ ⁊ aſinoꝝ permiſcuerūt ne poſſent facile reperiri: qḋ nō diu latuit. Quedā nāq mulier chriſtina nō tn̄ de gaza diuino pcepto per noctē colligēs et in vrnā recōdens zenoni eoꝝ cōſobrino ſeruāda cōtradidit. Deus eīn per viſuȝ mulieris reuelauit hunc virū: ei namq erat ignotus ⁊ nuper habita perſecutione celabat. Hoc ergo mō p̄ mulierē reliquias eoꝝ accepit et interim domi ſeruabat.

¶ Cūq is eiuſdē eccleſie ſuſcepiſſet epatum imperāte theodoſio fabricata baſilica ante ciuitatē ⁊ altarē ſito oſſa martyrū collocauit iuxta cōfeſſorē neſtorē. Qui dū in vita ſua cū iſtis ſuis primis habitaret: cum martyribus cōprehenſus a populo vinculis eoꝝ flagelliſq participatus eſt. Is enim dum traheretur habens pulcherrimū corpus ad miſerationē perſequētes adduxit. Quē ante portas ſemiuiuū morti tn̄ proximuȝ proiecerūt: Hūc colligētes quidā zenoni detulerūt. Apud quē dum curaretur defunctus eſt.

¶ Capitulum.xij.

Inter hec aūt duȝ hilarionē monachum gazei requirerēt fugit in ſiciliā vbi ligna de mōtibꝰ colligēs ⁊ in ciuitate vendens: tranſibat quotidianā vitam. Cūq eius illic virtus fuiſſet pateſacta: per demones venit in dalmatias ibiq virtute diuina plurima miracula faciebat: ita vt etiā mare quod quedā occupauerat loca ſua oratione repelleret. Sed etiam hinc rurſus abſceſſit: q: vbi laudabatur habitare declinabat: demutādo loca cūctis eſſe ſtupebat incertꝰ atq opinionē ſiam crebra migratione deſtruere. Nouiſſime vero dū nauigaret cyprū venit in paſuȝ. Inuitatuſq ab epo paſi dilexit locum et circa prediū charybdim nūcupatuȝ phatus eſt. Quem vt martyr nō eſſet fuga phibuit. Fugiebat enim q: preceptū diuinum eſt non expectare perſecutores. Nā qui in perſecutione cōprehendūtur fortiter ferre iubentur. Gazei ſiquidem ⁊ alexandrini contra chriſtianos talia geſſiſſe noſcūtur. Sed heliopolitani et arethuſi ſiriā habitātes ad tantā venere crudelitatē ſicut illorū tēpoꝝ hoīes explanarūt vt ſacras virgines inſolitas a populo videri publice nu [illegible] datas ſtare cogerent in theatro. Quas primitus irriſerūt poſtea totonderūt nouiſſime per mediū ſectas: porcos vt eas comederent puocabant. Ut ergo reor heliopolitas ad crudelitatē ſacrarū virginū res illa pduxit co q: paterna cōſuetudo qua fornicabantur eoꝝ virgines anteq nuberent phibita videret. Conſtantinus enim deſtructo in ea ciuitate veneris tēplo: priꝰ apud eos cōſtruxit eccleſiā ⁊ cōſuetas fornicatiōes lege phibuit exerceri. Arethuſij vero marcū ſue ciuitatis epm ſenē vita ⁊ cōuerſatiōe reuerēdū: mirabili morte peremerunt. Hunc eīn etiam priꝰ habuerūt odioſum: eo qḋ Conſtantij temporibus vt paganos ad chriſtianitatē reduceret tēplū eorum ornatiſſimum pretioſumq deſtruxerit. Cūq iulianus imperaſſet motus in eum eſt. et precepit vt aut eſtimationem populi redderet aut eum rurſus edificaret. Et dum vtrumq impoſſibile

loꝛ et chꝛiſtiano ſimiliter ⁊ ſacerdoti pri
mo fugiit ſm euangelicam legem. Poſt-
ea vero cum multi propter eum pericu-
lis et neceſſitatibus ſubderentur: de fu-
ga reuerſus eſt ⁊ ſponte ſemetipſuz po-
pulo quod vellent in eum exercere con-
tradicit. Qui dum laudare philoſophuz
debuiſſent: credentes potius cōtempto-
rem irruētes in eum et per ſingulas pla
teas trahentes eius capillos et mēbꝛa
dilacerabant viri ſimul et femine ita vt
ſubtilibus teſtibus eius aures abſcinde
rent. Uerum infantes apud magiſtros
poſiti deludebant ei alapis cedentes et
graphijs ſine aliqua parcitate pungen-
tes. Quem etiam in cuniculo depoſuere
ſetentia. Cumqꝫ adhuc reſpiraret eū ex
melle et liquamine perungentes et in
ſpoꝛtam mittentes appenderunt in ae-
rem. Dicit ergo ꝙ tūc veſpis et apibꝰ eū
contingentibus: et carnes eius veſcenti
bus dixerit arethuſijs quia ipſe quidem
eſſet excelſus: illos vero videret in humi
li conſtitutione ſed poſtea hoc etiam ip-
ſos foꝛe paſſuros. ¶ Theodoꝛicus. Hoc
igitur argenteo cogebant eum vt tem-
plum reedificaret aut daret expenſas.
Quod dum non faceret putantes pau-
perem vel medietatem petebāt pecunia
rum nouiſſime vel paucum aliquid exi-
gebant. Quibus ait. Nec vnum obolum
pꝛo oībus dabo ſic igitur ſuperati ab
eius ſe ſuſpēdere ſupplicijs. ¶ Sozome.
¶ Sermo fertur quia tunc pꝛefectus pꝛe
cipue paganus fuerit ammiratus mar-
ci conſtantiam et ad pꝛincipem veniens
quereretur dicens eſſe verecundum vt in
vno ſene tanta toꝛmenta committeren-
tur et chꝛiſtianos dum talia paterentur
fieri glorioſos: ſe vero magis eſſe oppꝛo
bꝛio Marcus ergo tali eſt fine coꝛonatꝰ.

¶ Capitulum.xiij.

Odem tempo-
re macedoniꝰ quoqꝫ theodolus
⁊ A thacianus friges marty
rum pignoꝛa conſecuti ſunt. Nam dum
in media ciuitate frigie templum ape-
ruiſſet prouincie iudex: et longo tempo-
re plenum ruderibus emundaret. ingre-
dientes iſti per noctem idola contriue-
runt. Cūqꝫ ꝓpter hoc multi cōpꝛehēſi ad
ſuppliciū ducerent: illi ſemetipſos inno-
tuerūt. Quos dū iudex quaſi habita ſa-
tiſfactiōe delictoꝝ nollet occidere: popu
lis clamātibus vario toꝛmentoꝝ genere
caſtigauit. Nouiſſime vero in craticula
ſuperpoſitos ardere pꝛecepit. Cūqꝫ cre-
marent ſi aſſis inquiūt carnibꝰ o amātie
delectaris: ſic eñ vocabat iudex: altera
latera ignibꝰ obice ne dū comedere cepe
ris carnes ſemi crudas inuenias: et iſti
ergo foꝛtiſſimi certamie deuicerūt. Aliūt
itaqꝫ buſirim l an B cyꝛa galatie cla
riſſimā foꝛtiſſimāqꝫ habuiſſe ꝯfeſſionem
cū fuiſſet i hereſe q̄ vocat eucratiſtaꝝ .i.
abſtinentiū. Tūc eñ dū iudex cōpꝛehen
diſſet quaſi ꝯ paganos inſilientē, toꝛquē
re volebat in publico iuſſitqꝫ vt appēde
ret in ligno. Tūc buſiris extēſis cito ma
nibus ſupꝛa caput nudauit latera dicēs
opus nō eſſe vt miniſtri appendētes cuz
deponētesqꝫ laboꝛarēt. cū cēt ipe ꝓpnꝰ ad
penā quā vellēt exercere: ⁊ latera ſua toꝛ
toꝛibꝰ ꝑpararet: miratuſqꝫ eius ꝓmiſſio-
nē iudex rei expimēto magis obſtupuit.
Nā dū vngule ferree eiꝰ latera vehemen
tius exararēt: donec iudici placuiſſet ſu-
ſtinuit manus extēſas ⁊ plagas cū ala-
critate ſuſcepit. Poſt hec aūt reductꝰ in
vincula quieſcebat. Poꝛro poſt paululū
moꝛte nūtiata iuliani: vſqꝫ ad theodoſij
pꝛincipatū vixit ⁊ in eccl'iam catholicam
acta penitētia pꝛioꝛis hereſeos conuer-
ſatus eſt. ¶ Capi.xiiij.

In illo ſiquidez
tpe, ferūt vitā finiſſe marty-
rio baſiliū eccl'ie ancyrane pꝛſ
byteꝝ ⁊ eupſichiū ceſarien. ca
padocie ducta nup vxoꝛe dum adhuc q̄ſi
ſpōſus eē videret. Eupſichiꝰ eñ ꝯemptꝰ
ē ꝓpter foꝛtune tēplū qḋ ſicuti iā diximꝰ
diruptū fuerat ⁊ in cōe ceſarien. irā ꝑnci
pis ſuit expti: ⁊ alij q̄dē moꝛte alij fuga
mulctati ſunt. Baſiliꝰ autē ſtudioſius vir
circa dogma ꝓbatꝰ dū vixit ꝯſtātiꝰ reſti-
tit arrianis. Et ꝓpꝛea eudoxij decreto ab
oꝛdine eſt remotus eccleſiaſtico. Cum ve
ro iulianus tenuiſſet imperium chꝛiſtia-
nos publice commonebat vt pꝛopꝛium
dogma ſeruarent: nec paganoꝝ ſuperſti

tione macularent: honoreſq3 collatos a principe pro nihilo iudicarẽt: tpales vti⸗q3 ⁊ ꝑpetue dãnatiõis autores. Propter⸗ea ergo in ſuſpitione ⁊ odiũ veniẽs paga noꝝ q̃m publice ſacrificantes inſpiciens ſtabat ⁊ ingemiſcẽs orabat atq3 clama⸗bat ne vllus xp̃ianoꝝ hmõi errore tenere tur obnoxius. cõprehenſus ⁊ traditus ꝓ⸗uincie iudici multa tormẽta fortiter ſuſti nens martyrio coronat⁹ eſt. hec ergo col ligens ſub vno retuli licz diuerſi anni vel dies coꝝ videantur eſſe martyrij.

¶ Theodoricus. Capitulũ. xv.

Uae eñ ydolo rum ſeductiõibus ſubditi tꝑe illo ꝯ cõmiſerint: multa quidẽ ſunt ⁊ ꝓprijs libris egẽta. Sed ego ex multis pauca narrabo. In aſcalonia ſiq̃dẽ ⁊ gaza viroꝝ ſacerdotio dignoꝝ ⁊ mu lierũ ꝟginitatis ꝯuerſatione pollentiũ diuidẽtes vteros ⁊ ordeo cumulãtes op poſuerũt comeſtioni porcoꝝ. In ſebaſtia vero que eſt eiuſdẽ ꝯ ꝓuincie ciui⸗tas: iohãnis baptiſte ſepulchrũ aperue⸗runt: igniq3 tradiderunt: oſſa vero ac pul uerem diſperſerunt. Porro ſcelus qḋ in phenice cõmiſerũt q̃s poterit vel dicere ſine lachrymis vel audire? In heliopoli C eñ que eſt circa libanũ erat quidaz dyaconus noĩe cyrillus. Is imperãte cõ ſtantio ſuccenſus zelo diuino multa ydo la que ibi adorabant ꝯtriuit ⁊ igni crema uit. Cuius actiõis memores nec noian⸗di viri nõ ſolũ peremerũt eũ ſed etiã ſe⸗cantes ventrẽ ex eius iecore comederũt. Qui tñ oĩm inſpectatorẽ nõ potuerũt ef⸗fugere: ſed dignas reddiderunt ſua pre ſumptione penas. Quicũq3 eñ illo ſcele re participati ſunt dentibus caruerũt et facti oẽs elingues ſunt. Nã ⁊ ipſe lingue pariter defluxerunt ꝯſumpte putredine Perdiderũt etiã viſum etiã paſſionibus ſuis ꝟtutẽ ꝑdicauerunt oĩbus pietatis.

¶ Capitulum. xvi.

In emeſa vero que eſt in eius ꝯfinio ciuita⸗tis dyoniſio gũdini. i. mulie bri eccleſiã que deo nuꝑ fue rat edificata dedicauerũt ⁊ ad deriſionẽ ſimulachrũ illuc ſtatuẽtes: androginum id eſt qḋ virũ monſtraret ac feminã. In doroſcolo ꝟo inſigni trachie ciuitate emi lianus inuictiſſimus decertatos a capi⸗tolino vniuerſe trachie iudice igni tradi tus eſt. Porro marci arethuſij epĩ geſta vel paſſio ſoſlocei ꝯtentione noſcit indi⸗gere vt digne actus illius tragedie ordi ne recitent.

¶ Capitulum. xvij.

Innumera quo q3 alia omni terra et mari ab impijs ꝯ pios illo tꝑe ſunt cõ⸗miſſa. Tũc igit̃ apte deo odi⸗bilis impator: ꝯ pietatẽ ponebat leges ⁊ primũ quidẽ interdixit galileoꝝ filijs (ſic enim ſaluatoris noſtri cultores noiabat) poetaꝝ ⁊ rhetoꝝ atq3 phoꝝ legere diſci⸗plinas. Proprijs inq̃t pẽnis ſm ꝓuerbiũ vulneramur. Ex noſtris eñ armati ꝯſcri ptiõibus ꝯ nos bella ſuſcipiſit. Poſt hãc aliã poſuit legẽ ꝑcipiẽs galileos expelli militij.

¶ Socrates. Capitu. xviij.

Bitur athana ſium de fuga remeantẽ alexã drinoꝝ populus libẽter exce⸗pit. Expulerũtq3 eccleſijs ar⸗rianos et athanaſio ſcepta venerabilia tradiderunt. Uerum arriani in domibus ignobilibus ſe colligentes in loco geor⸗gij luciũ habuerũt.

¶ Capi. xix.

Aſiquidẽ tem peſtate lucifer caralẽſis: et euſebius vercellẽſis epĩ im⸗peratoris iuſſione ab exilio reuocãt. Utꝝ eñ vltra thebaidis terios ab exilio remeãtes: tractabãt quẽadmo dũ corruptã eccl'iaz reparẽt. Placuit igit̃ vt lucifer q̃dẽ ad anthiochiã ſyrie ꝑueni ret. euſebius alexandriã vt vna cũ atha⸗naſio facto ꝯcilio eccl'ie dogmata repara rent. Lucifer tñ miſit in locũ ſuũ dyaco⸗nũ per quẽ ꝓfeſſus eſt ratũ ſe habiturũ qḋ eſſet ꝯcilio ordinate ꝯſtitutũ. Ipſe au tem veniẽs antiochiã fluctuantẽ inuenit eccleſiã. erat eñ inter ſe turba diuiſa et non tantũ hereſis arriana que erat ſub euzoio diuidebat eccl'iam ſed etiã mele⸗

ꝗ ſequaces ſtudiū habētes circa ſuū pſu lem a ſuis cōſortibꝰ receſſerūt. Tūc ergo lucifer ordinās eis Paulinū epm̄ rurſus abſceſſit. Euſebius autē veniens alexan driam cum athanaſio cōciliū celebrauit.

¶ Capitulum vigeſimum.

Onuenerunt ꝗ ex diuerſis ciuitatibus epi ⁊ de maximis neceſſa- rijs rebus habuere tracta tū. Ubi etiā de ſancti ſpiri- tus diuinitate tractātes eū in cōſubſtan tiali trinitate comprehenderunt. Et ver bum inhumanatum nō ſolū carne ſȝ etiā aīa declararunt ſicut olim viris eccleſia ſticis cōplacuerat. Non enī nouā religio nem in eccleſiam introduxerunt: ſed quo modo ab initio eccleſiaſtica traditio do- cuit xp̄ianos. Sic enī oēs antiqui ex hoc habita huius diſputatiōe ſermonis ſcri pturā nobis probatiſſimā reliquerunt. Nam hireneus ⁊ clemens ⁊ apolinarius hierapolites et ſerapio anthiochene pre ſul eccleſie aīatum eum qui inhumanatꝰ eſt in ſuis ſermonibꝰ ſunt pfeſſi. Necnō per berillum epm̄ filadelfie i arabia con ſtitute facta ſynodus: ſcribēs ad eundē berillū hec ip̄a contradidit. Sed etiā ori genes vbiꝗ i ſuis libris aīatuȝ noīauit eum q̄ eſt inhūanatus: ppter tn̄ nouos thomus eiꝰ in geneſi hoc ſacramentū cō gruenter exponit. vbi adā quidem xp̄m euam vero eccleſiam latius explanauit. Horum itaꝗ dictorum digni ſunt teſtes ſanctꝰ pamphilus et q̄ ex eo habebat co- gnomen euſebius. Ambo namꝗ ⁊ cōiter origenis vitā cōmendantes: ⁊ eiꝰ aduer ſarijs reſiſtētes inſignibuſꝗ libris ſatiſ- factionem p eo cōponētes nō primū ori genē ad hanc diſputationē veniſſe dicūt ſed myſticā eccl̃ie interpretatū fuiſſe tra ditionē. At illi q̄ alexandriam conuene- runt: nō ſine ſubtili inueſtigatione que- ſtionem de ſubſtātia et ſubſiſtētia reliq̄- runt. Oſius namꝗ cordube hiſpanie pre ſul de quo iā ſermo prelatus eſt premiſ- ſus ab imperatore conſtātino vt flāmam tunc ab arrio excitatā extingueret: etiam ſabelij libiēſis dogma deſtruxit de ſub- ſtantia ac ſubſiſtētia habuit queſtionē.

¶ Sozomenꝰ. ¶ Interea plurimi epi in alexandria congregati cū athanaſio ⁊ euſebio niceni cōſilij cōſtituta roborauerunt: ⁊ cōſubſtātialē p̄ri ac filio ſpiritum ſanctū ſunt ꝯfeſſi: trinitatēꝗ noīauerūt. Et qm̄ de ſubſtātia ⁊ ſubſiſtētia queſtio turbabat eccleſias ſapienter decretum eſt vt his nominibꝰ ꝯtra ſabellianos ſo- los vtamur ne noīm inopia idem putet̃ eſſe ſubſiſtētia ꝙ ſubſtātia. ¶ Socrates.

¶ Capitulum.xxi.

Ecquidez tūc ſynodus: nos aūt de ſubſtā- tia ⁊ ſubſiſtētia ſi q̄d nouimꝰ abſurdū nō eſt breuiter indi care. Igit̃ q̄ helladicā explanauere pru- dētiā: ſubſtātiā q̄dē diuerſo mō diffiniue rūt. Subſiſtētie ṽo neꝗ ſermonē fecerūt vllū. Herynecꝰ aūt grāmaticꝰ in libro vbi verba per literā colligit: etiā barbarū vo cat hoc verbū: neꝗ apō aliquos antiquo rū dictū ⁊ vel ſi alicubi ſit inuētū nō hoc indicare qō nunc intelligit̃. Nā apud ſo- phoclē in phemea locū inſidiarū ſignifi- care ſubſiſtentiā meminit. Apud menan drum veluti feces que ex vino colligunt̃ in dolio ſubſiſtētiā deſignare dicit. Sciē dū tn̄ qꝛ lȝ antiq̄ p̄hi hūc ſermonē reliq̄- rūt: tn̄ iuniores p̄horū p ſubſtātia ſubſi- ſtētie ſermone ſunt vſi. Subſtātie ṽo dif- finitionē diuerſis modis explanauerūt. Si ergo definitiōe ſubſtātia circūſcribit̃ quō in deo q̄ nō pōt cōprehēdi ꝓprie hoc vti ſermone poterimꝰ. ¶ Uerū euagrius in monachico libro petulāter q̄dē ⁊ incō- ſiderate de deo diſputādū eſſe phibuit. Diffiniri ṽo diuinitatē modis oībus in- terdixit. Ait enī rerū cōpoſitarū eſſe diffi tiones. Is itaꝗ ſic ait. Oīs inq̄t ꝓpoſitio aut genus hȝ qō predicat̃ aut ſpeciē aut differētiā: aut propriū aut accidēs: aut ex his cōpoſitaȝ orationē. Sed nihil in ſctā trinitate horū q̄ dicta ſunt poterit cōpre- hendi. Igit̃ qō ineffabile eſt rōne tacitur nitatis adoret̃. Hec q̄dē euagriꝰ. Nos au tē lȝ facta digreſſione hec dixiſſe videa- mur tn̄ tāꝗ vtilē hyſtorie cāȝ nos retuliſ- ſe non penitet.

¶ Pars libri athanaſij de ſatiſfactione ſu ge. ¶ Capitulū.xxij.

Erum athana
ſius librū de ſatiſfactiōe fu-
ge olim a ſe cōſcriptū tūc eis
preſentib⁹ legit. Cuius par
tes vtiles:⁊ que proſint hic intexens totū
librū multorū verſuum q̄rere ⁊ legere ſtu
dioſos ammoneo. Ait em̄. Ecce huiuſmo
di ſunt preſumptōes impiorꝫ:hec agētes
nec erubeſcētes.i quib⁹ p̄mū cōtra nos
mala ſunt machinati hactenus accuſant
quoniā man⁹ eorū preparatas necib⁹ de
clinare potuim⁹:⁊ amariſſime poti⁹ inge
miſcunt:qm̄ nos penit⁹ amputare nequi
uerūt:⁊ improperāt timoris cauſaꝫ igno
rantes:quia dū hoc ſubmurmurāt/in ſe-
metipſos magis retorquēt culpā. Nā ſi
fugere malū eſt: perſequi multo deteri⁹.
Hic quidē ne moriat̄ abſcōdit̄:hic aūt ꝑ
ſequitur vt occidat. Et vt fugiat̄ quidē
ſcriptū eſt. Qui aūt q̄rit occidere preua-
ricatur legē:⁊ magis ipſe fugiēdi prebet
occaſionē. Si ergo fugā improperāt ꝑſe
quētes:erubeſcāt poti⁹ ſemetipſos. Quie
ſcant inſidiari ⁊ quieſcūt cōtinuo fugien
tes. Sed a calliditate nō deſinūt ſua ⁊ cō
prehendere omni virtute feſtināt:ſciētes
q⁊ fuga ꝑſecutionē patientiū: indiciū eſt
maximū ꝑſequētiū. Nullus em̄ mitē at-
ꝙ clemētē fugit aliq̄n: ſed magis ferocē
ſimul ⁊ callidū. Oīs em̄ qui gemebat ⁊ ve
xabat̄ a Saul fugiebat ⁊ veniebat ad da
uid. Sed iſti ꝓpterea eos q̄ abſconſi ſunt
interimere ſtudent:ne eorꝫ malitiā videā
tur arguere:qui etiā in hac parte cecant̄.
Nā quāto fuga manifeſtior eſt tāto am-
plius eorꝫ inſidijs neces exiliaꝙ cōmiſſa
oib⁹ ſunt aperta. Nā ſiue perimāt:mors
cōtra eos ſemꝑ exclamat:ſiue rurſus exi-
lia minent vbiꝙ ipſi cōtra ſe mali memo
riā deſtinare noſcunt̄. Et ſiquidē ſanam
haberēt mētē: viderēt ſemetipſos in his
eſſe cōſtrictos: ſeꝙ in cōcilijs ſuis offen-
dere. Sed qm̄ ſapere perdiderūt ꝓpter-
ea ꝑſecutione decipiunt̄:⁊ querētes occi-
dere ſuā nō contēplant̄ impietatē. Nā ſi
derogant eis qui fugiūt q̄rentes occide-
re: quid faciant cū vident iacob fugientē
eſau fratrē ſuū: ⁊ moyſen in madiā deſcē
diſſe ꝓpter Pharaonis timorē? Quō ſa-
tiſfacient fugiēti dauid ſaul qui in domū
miſit vt interimeret eum dum abſconſus
eſſet in ſpelūca:⁊ mutaſſet vultū ſuum ⁊ ne
nec declinaret ab abimelech. ob quā cau
ſam inimicorꝫ euaſit inſidias. Quid di-
cant iſti qui oīa proferunt petulāter vidē
tes maximū helyā in oratiōe quidē mor-
tuū ſuſcitaſſe: ⁊ tn̄ abſcōſuꝫ ꝓpter achab
et fugiſſe ꝓpter inſidias hiezabel. Tunc
etiā q̄ſiti filij ꝓphetarū celati ſunt laten
tes in ſpeluncis apud abdiā. Sed ſi hec
tanꝙ vetera non legerunt:ſaltē memoriā
habent euāgeliorꝫ. Nam ⁊ diſcipuli pro-
pter metum iudeorꝫ receſſerunt celantes
ſemetipſos: ⁊ paulus in damaſco a prin-
cipe gētis queſit⁹ de muro in ſportaꝫ de-
poſitus eſt ⁊ man⁹ querētis effugit. Hec
igitur de ſanctis viris ſcriptura dicente:
quā putas excuſationē ſue petulātie po-
terūt inuenire. Siue ergo timorē impro-
perent cōtra ſemetipſos veſani loquunt̄
ſiue cōtra voluntatē dei hoc dicant fieri
ſcripturarū diuinarū videtur penitus in
experti. Nā in lege preceptū fuit vt depu
tarentur etiā ciuitates ad fugā: quaten⁹
hi qui querebātur ad mortē quoquomo
do liberari poſſent. In nouiſſimo vero tē
pore ſeculorū veniēs:ipſum quod moyſi
locutum eſt patris verbū rurſus hoc de-
dit mandatū dicens. Cum perſecuti vos
fuerint in hac ciuitate fugite ad aliā. Et
poſt pauca dicit. Cum ergo videritis ab-
hominationē deſolationis que dicta eſt
per danielē prophetā ſtantē in loco ſan
cto qui legit intelligat. Tūc qui in iudea
ſunt fugiant in montana: qui in tecto eſt
nō deſcēdat tollere aliquid de domo ſua
qui in agro nō reuertatur tollere veſtes
ſuas. Hec etiam ſciētes ſancti huiōi ha-
buerunt cōuerſationis modū. Que enim
nūc ꝓcepit dn̄s:hec etiā ante incarnatā
ſui preſentiam in ſanctis locutus eſt. Et
hic eſt hoīm terminus ad ꝑſecutionē du
cens vt quod de⁹ iubet hoc faciant. Pro
pterea et ipſum verbum propter nos hu
manatum cū quereretur ſicuti nos ipſe
abſcondi dignatū eſt: et iterū dū ꝑſecu-
tionem pateretur fugit et inſidias decli
nauit. Dicebat enim cum ſicuti famē et
ſitim etiam hoc pati et hoc modo oſten
dere ſemetipſum humanatum. Ab initio
ſiquidem mox homo factus eſt:cū eſſet

paruulus ipſe per angelū mandauit Jo
ſeph. Surgēs ſume puerū ⁊ matrē eius
et fuge in egyptū. Futurus eſt enim he=
rodes querere animā pueri. ¶ Mortuo
quoqꝫ herode videtur ꝓpter archelaum
filiū eius in nazareth fugiſſe qn̄ iā etiā
deū ſemetipſum innoteſcebat: ⁊ manum
aridā reſtituerat ſanā: ⁊ pharisei q̄dem
egredientes cōciliū fecerūt aduerſus eū
vt eū occiderēt. Jeſus aūt ſciēs diſceſſit
inde. Nam ⁊ qn̄ lazarū ſuſcitauit a mor=
tuis: ab illa inq̄t die cogitauerūt vt occi
derēt eū. Jeſus ergo iā nō palā ambula
bat inter iudeos: ſed abijt inde in regio=
nē iuxta deſertū. Deinde ſaluatore dicē
te. Anteqꝫ abraam fieret ego ſum: iudei
quidē tulerūt lapides vt mitterēt ſuper
eum. Jeſus aūt abſcōſus eſt ⁊ exijt de tē=
plo. Et trāſiēs per mediū eorū ibat ⁊ ita
diſceſſit. Putas hec videtes magis autē
audientes cū nō videāt quomodo ſecun
dū quod ſcriptū eſt nō debēt igne cōbu=
ri qm̄ cōtraria his q̄ dn̄s facit ⁊ docet co
gitāt ⁊ loquuntur? Nā qn̄ Joānes mar=
tyriū ſuſtinuit eiuſqꝫ corp⁹ ſepelire diſci
puli/audiēs Jeſus diſceſſit inde in nauē
ad deſertū locū ſeorſū. Dn̄s itaqꝫ hec fa
ciens ita dicebat. Sed vtinam iſti vel ſic
erubeſcerent/et vſqꝫ ad homines ſuā pe
tulātiā declararēt: ⁊ nō magis ac magis
inſanientes viderētur etiā ipſū arguere
ſaluatorē ꝯtra eū vtiqꝫ blaſphemias me
ditātes. Sed neqꝫ veſanorū quilibet eos
poterit ſuſtinere cū arguātur nec euāge
lia ipſa noſſe. Et eñ occaſio noſtre diſceſ
ſionis ⁊ fuge rationabilis atqꝫ vera quā
in ſaluatore quidem euāgeliſte poſitam
memorauerunt. Nos autem etiā in ſan=
ctis viris oppꝫ talia cogitare. Nā ea
que de ſaluatore humano modo cōſcri=
pta ſunt eadem cōmuniter humano ge=
neri deputātur. Que noſtra ſunt ille ſu=
ſcepit ⁊ paſſiōes noſtre infirmitatis oſtē
dit. Quod Joannes ita conſcripſit. Que=
rebāt ergo eum tenere ⁊ nullus miſit in
eum manus/quia nondum venerat ho=
ra eius. Nā anteqꝫ hec veniret dicebat
ipſe matri nondum venit hora mea. Et
eis qui fratres eius appellabantur ait.
Meum tempus nondum venit. Rurſus
autē tempore paſſionis diſcipulis dice=
bat. Dormite iam ⁊ requieſcite. Ecce eñ
appropinquabit hora et filius hominis
tradetur in manus peccatorū. Sed neqꝫ
anteqꝫ veniret tēpus teneri ſe paſſus eſt
neqꝫ cū veniſſet tēpus abſconſus eſt: ſed
etiam ſemetipſum tradidit aduerſarijs.
Sic ⁊ beati martyres in pſecutionib⁹ tē=
poralib⁹ cuſtodiebāt ſemetipſos: ⁊ dum
quererētur ꝑ latibula fugiebāt. Cū vero
inuenirentur martyrio ſe ſubdebāt. Hec
de athanaſio retuliſſe ſufficiat.

¶ Capitulum.xxiiij.

Euſebi⁹ interea
vercellēſis ep̄s repēte poſtmo=
dum ab alexādria venit ad an
thiochiā. Et inueniēs paulinū a lucife=
ro cōſecratū: plebēqꝫ diuiſam/melecijqꝫ
ſequaces miſſas facientes ſeorſum valde
cōmotus eſt qꝛ facte ordinationi nō vni=
uerſi cōſenſerant: reprehēditqꝫ apud ſe=
metipſum quod geſtū eſt/⁊ ꝓ reuerētia
luciferi: habita taciturnitate diſceſſit ꝓ=
mittēs in cōuētu epiſcopoꝝ q̄ geſta fue=
rant emēdāda: habens tñ curā maximā
eos vnire nō potuit. ¶ Inter hec etiā me
lecius ab exilio remeauit inueniēſqꝫ ſe
orſū celebrare collectas ſocios ſuos pſi
debat eis: ſed eccleſias quidē obtinebat
Euzoi⁹ arrij dogmatis pſul. Porro pau=
linus vnā tātūmodo paruā intra ciuita
tē detinebat eccleſiā: ex qua eū Euzoius
ꝓ ſui reuerentia nō eiecit. Melecius aūt
extra ciuitatis portas ſolēnia celebrabat.
Tunc igitur hoc modo de antiochia di=
ſceſſit euſebi⁹: verū lucifer ſentiēs nō ſu
ſcipere euſebiū eius ordinationē hoc pu
tauit iniurioſum ac vehemēter iraſceba
tur: ⁊ communicare declinabat euſebio.
Sed etiam que ſynodo placuerant per
contentionem reprobare nitebatur. Hec
dū inter eos triſtitie tēpore gererentur:
multos ab eccleſia remouerunt ⁊ denuo
altera luciferianorū hereſis eſt exorta.
ſed lucifer iram ſuam nequaqꝫ comple=
re preualuit. Erat eñ cōfeſſionibus ſuis
obſtrictus/dū per ſuum dyaconū promi
ſiſſet ratum ſe habiturum quod fuiſſet a
concilio diffinitū. Quapropter ipſe qui=
dem eccleſie tenens fidem ſardineā ad
proprium remeauit thronum. Hi vero

qui prius cū eo cōtriſtati fuerāt: hacten⁹ ab eccleſia ſegregant. Uerū euſebius ad iſtar optimi medici iter faciens ꝑ oriētē infirmos fide recreabat imbuēs atq; docēs predicationib⁹ eccleſiaſticis vniuerſos. Hinc tranſiens venit illyricū: ⁊ inde ruŕſ⁹ ytaliā ꝑagrās hec ipſa ꝓnūtiabat.

Capitulum. xxiiij.

VEruz hylari⁹ pictauēſis ſecunde aquitanie pontifex: recte fidei dogmata dudum preſeminauerat tā Italisq; Gallicanis epiſcopis quippe cū primus ab exilio remeaſſet: vterq; ergo fortiter in fide laborauerūt. Sed hylarius tāq; diſertus ſuis libris ſatiſfactionē de trinitatis cōſubſtātialitate cōſcripſit. Quibus hoc ſufficiēter expoſuit ⁊ vehemēter arrianorū dogma deſtruxit. Hec itaq; poſt breue eorū exilij tempus celebrata noſcuntur.

Capitulum. xxv.

A ſiquidē tēpeſtate macedonij ſectatores: ⁊ eluſij. Euſtachijatq; ſophronij: oēs ab vno macedonio nūcupati ſunt cōciliaq; frequētia faciebāt. Et cōuocātes qui in ſelētia eos ſecuti fuerant. anathematizauerūt alterius partis epōs: ideſt cōſentiētes acatio fidēq; ariminēſis cōcilij reſpuētes ea magis q̄ fuerāt recitata ſelenciani ⁊ antiochiā expoſita firmauerunt. Qui dū requiſiti fuiſſent ab aliquibus dicētibus. Uos q̄ nūc macedoni vocamini ſi aliud ſapitis q̄ ſectatores. Acacij cur eorū hactenus tāq; eadē ſapiētiū eſtis cōmunione participati. Ita veneno ſe reſpōderunt. Per ſofroniū pōpeiapolios pafragoneum epiſcopum. Occidentales inquit in conſubſtantialitate languebant. Ecius autem per orientem ſecundum ſubſtātiam diſſimilitudinem predicabat: ⁊ erant vtraq; praua cum hij quidem inordinate diuiſas ſubſtantias patris ⁊ filij cōſubſtantialitatis nomine copularent. Ille vero a natura patris naturam filij aperte diuidere credens ſemetipſum pie predicaret diſſimilem eſſe patri filium per ſubſtātiā. Hijs ergo ita putantibus: media via nobis veritatem pietatis habere cōplacuit. Hoc itaq; modo querentibus ſatiſfacere nitebantur.

Sozomenus. Capitulum. xxvi.

Bitur imperator audiens Athanaſium in alexandrinorū eccleſia cōſtitutuz licite populo predicare multoſq; paganoꝝ ad xp̄ianitatē fuiſſe ꝯuerſos eū iuſſit exire de ciuitate. Qui ſi maneret damna maxima eum ſuſtinere precepit: occaſionē criminis in eum inueniēs q2 dū prioris pricipis tp̄e fuiſſet fuga mulctatus nō eius iuſſione epiſcopalē receperat ſedē. Quāob2ē ſcd̄m imꝑatoris p̄cepta ſe preparabat ad fugā. Uidēs igitur circa ſe xp̄ianorū ppl̄m lachrymātē. habetote inqt filioli fiduciaz. Nubes eſt et cito ꝑtranſiet. Hoc dicto valefecit. Et diligētibus amicis cōmēdauit eccleſiam atq; ab alexādria ciuitate diſceſſit.

Capitulum. xxvij.

INterea cizicenis legatione fungentibus apud p̄ncipē de ꝓprijs reb⁹ ⁊ paganorū reſtitutiōe templorū laudans eos ꝓpter ſacrorū curā q̄ poſtulauerāt vniuerſa cōceſſit. Eleuſiuz autē eius ciuitatis remouit epiſcopū veluti vaſtatorē tēplorū: et q2 viduarū pabula ſacrarumq; virginū monaſteria cōſtituerat: paganiſq; ſuaſerat vt paterna relinquētes ad chriſtiana dogmata ſe cōferrēt. Interdixit etiā chriſtianis ꝑegrinis: ne venirēt ad cizicū credēs q2 religionis cauſa excitarēt ſeditiones eoſq; alij eius ciuitatis chriſtiani fouerēt ⁊ publicos ſimul opifices artificeſq; monete q̄ i duas diuiſi ꝑtes pricipū p̄ceptiōe priſcorū cū vxoribus atq; liberis cizicū habitare ſunt iuſſi. Hi eñi ſingulis annis certā oblationē publico cōferebāt. Alij q̄dē militū clamides: alij vero pecunias nouas. Cū igit̄ modis oībus placuiſſet iuliano ritū cōſtituere paganorū: vim q̄dē inferre atq; tormēta populis ſacrificare nolētib⁹ fatuū iudicauit. Sz hoc tm̄modo p̄cepit vt ꝑ ſingulas ciuitates nūer⁹

eoꝝ ꝯſcriberet:quos tñ nequaq̃ aut ora re prohibuit.ſciebat em̃ q̃ nõ poſſet vlla neceſſitas ſuſpẽdere quod volũtas ſpõta nea ſuggeſſiſſet.Porro clericos ⁊ eccleſia rũ pſules ciuitatib⁹ ſuſpẽdere feſtina bat.ſtudẽs vt abſentia paulatĩ ſolueret eccleſia:neq̃ ſacroꝝ miniſtri:nec q̃ doce rẽt/vel qui miſterijs participarẽtur exi ſterent ⁊ per hoc longo tempore paterẽ tur proprie religionis obliuionem.

¶Capitulum.xxviij.

Boſtrẽſib⁹ itaq̃ publica voce pcepit vt titum: tũc ciuitatis ep̃m pcul expelleret.Cũq̃ iuſſiſſet hoc clericiſq̃ minaret quaſi ipi facerẽt turbas in populo.tũc titus libellũ deſtinauit imperatori cõteſtans cũ ac dicẽs:q: inimica inter ſe eſſet turba paganorũ atq̃ chriſtianorũ:⁊ eius ſuaſione chriſtiani magis a ſeditiõe q̃ſcerẽt. Quo facto niſus eſt imperator ex huiuſmodi verbis tito inimicitias populi cõcitare:ſcribẽs boſtrẽſib⁹ q: titus eoꝝ accuſator fuiſſet dicẽdo ſuis monitis nõ ſua volũtate pplꝫ a ſeditiõe ceſſaſſe:eũq̃ velut hoſtẽ pplo ſuadebat expellere.Nõ em̃ qđ iſtũ erat aut legitimũ iubebat agi:ſꝫ odio religionis verbis q̃dẽ culpare:operib⁹ aũt male pficere cõtẽdebat.Quapropter p ciuitates ⁊ puincias xp̃iani diffugebãt.Huius pricipeꝝ plurimi meoꝝ fuere pgenitoꝝ.Simul ⁊ auus q̃ de pr̃e pagano natus ipſe cũ tota domo:⁊ q̃ erãt ex gñe alaphionis xp̃iani p̃mo ſunt facti in bethelea vico gazẽſi nimiũ populoſo:habẽtiq̃ tẽpla ãtiqua edificiaq̃ pulcerrima ⁊ maxime pãtheũ in ciuitatĩ arce locatũ:eminens ſup oẽm vicũ.Quẽ locũ arbitror ex voce ſyra ⁊ greca deoꝝ habitaculũ nominatũ.ferũt itaq̃ his oib⁹ fuiſſe xp̃ianitatĩ auctorẽ hilarionẽ monachũ.Cũ em̃ demonio vexaret alaſiõ diuti⁹ pagani atq̃ iudei incãtationib⁹ ⁊ luſtrationib⁹ apud eũ vſi nihil illi pdeſſe potuerũt.Uerũ hylariõ ſolũmõ xp̃i nomẽ inocãs demoniũ effugauit eũq̃ i religionẽ xp̃ianã repẽte trãſpoſuit.Floruit itaq̃ meus auus i exceptionib⁹ ⁊ interpretationib⁹ ſcripturarũ nr̃aꝝ qm̃ erat igenioſus ſciaq̃ fulcit⁹ ita vt ẽt aritmetice artis eẽt expert⁹.Ac ppterea aſcalonitis ⁊ gazẽcib⁹ ⁊ in circuitu xp̃ianis valde gratiſſim⁹ tãq̃ religioni neceſſari⁹ ⁊ ad ſoluẽdas dubitationes ſcripture diuine pficu⁹.Primi ſiq̃dẽ iſti in eo loco eccl̃ias ⁊ monaſteria cõſtruxerũt:eaſq̃ honeſtate atq̃ hoſpitalitate pegrinoꝝ ⁊ idigẽtiũ pariter ornauerũt: ex q̃ gñe vſq̃ ad nos fuerunt viri optimi quos grãdeuos iuuẽculus ipſe cõſpexit.

¶Capitulũ.xxix.

Abitur impera tor dudũ ſtudẽs paganitatẽ l oĩ ſua ditiõe dilatari: grauiẽ ferebat vidẽs xp̃ianos potius approbari ⁊ tẽpla q̃dẽ erãt aperta:ſacrificiaq̃ paganoꝝ p ciuitates ſcđꝫ volũtatẽ illi⁹ pcedebãt.Ipe aũt eſtuabat ne ſeruor eius xp̃ianoꝝ abũdãtia fruſtraret et maxie pulſabat q: multoꝝ ſacerdotũ ſuorũ xp̃ianas audiebat vxores ⁊ filios atq̃ ſeruos.Arbitrat⁹ aũt xp̃ianitatĩ ſtatũ ex vita bõa ⁊ ꝯuerſatiõe ꝯſiſtere ſtuduit vbiq̃ tẽpla paganoꝝ ꝯſtructiõe ⁊ ordie xp̃iane religiõis ornare ſedib⁹ atq̃ pceſſionib⁹ paganorũq̃ dogmatib⁹ atq̃ monitionib⁹ lectores ſue ſupſtitiõis inſtituit ad inſtar clericoꝝ vt ⁊ horas certas ⁊ dies ⁊ orõnes ſolẽniter obſeruarẽt:pcipiẽs pariter hẽre curã viroꝝ atq̃ mulierũ philoſophare ſciẽtiũ:habitaculis peregrinoꝝ atq̃ ⁊ pauperũ aliaq̃ puidẽtia circa egenos exhibita:paganoꝝ religionẽ cõponere ⁊ pietatis hr̃e nomẽ.Si q̃s autẽ ſpõte vel inuite peccaret ſcđꝫ traditionẽ xp̃ianoꝝ inſtituit:poſt pniam mediocrẽ ſuſtinere correctionẽ.Precipue vero zelatus dicitur:notas literarũ epiſcopaliũ q̃bus ſolẽt alterutris ſcribẽtes cõmẽdare peregrinos ⁊ vbi proficiſcũtur ⁊ a quibus veniũt modis omnibus iudicare:⁊ ſolatia pmereri tãq̃ noti ⁊ amici ſint teſtimonio directi ſignaculi.Hec cõſiderãs feſtinabat vt pagani xp̃ianorũ aſſueſcerẽtur officijs.Sed qm̃ multis incredibile ẽ eũ ſtudia xp̃ianoꝝ ſequi voluiſſe nõ aliũde q̃ ex ipſius imperatoris ſermonibus eſt probãdũ.Huiuſmodi em̃ arſatio põtifici galacie ſcripta dixerit.Paganorũ ritus nõdũ agitur ſecundũ intẽtionẽ noſtram:

ꝓpter cultores eius in negligētia po-
ſitos. Nam deoruꝫ claritas magnitudo
atqꝫ ſublimitas oī orōne omniqꝫ ſpe ma-
ior eſt. Sꝫ ꝓpitij ſint noſtris mētib⁹ dij:
ꝓpter negligētiā quā habemus cū illo-
rū ꝓuidētia paruo tpē tāta mutatio fa-
cta ſit:qꝫtā neqꝫ orare primitus quicūqꝫ
preſumpſerat. Cur ꝙ credimus hoc poſ-
ſe ſufficere? neqꝫ reſpicimus quēadmo-
dū ſupſtitionē xp̄ianorū auxit cura pere
grinorum: ⁊ circa ſepulturas ⁊ mortuos
multa ſolatia: honeſtaqꝫ cōuerſationis
ſtudia:non vera ſed ficta:quas res arbi-
tror apud nos debere ſub veritate geri.
Nō itaqꝫ ſatis eſt te talē eſſe:ſed oēs ab
ſolute circa galaciam ſacerdotes. Quos
aut deprecare aut rōne flecte/aut certe
feſtināter a ſacerdotali miniſterio remo
ue:niſi dijs cū cōiugibus ⁊ filijs atqꝫ ſer-
uis colla ſubmiſerint nō ferētes vlteri⁹
eoꝝ ſeruos aut filios hoc facere cōtēnē-
tes:aut galileos impie cōtra deos agen
tes ⁊ impietates pietatib⁹ preponētes.
Deīde cūctos ammoue vt ſacerdos neqꝫ
ad ſpectacula ꝓcedat/neqꝫ in tabernas
bibat aut cuilibet arti opibuſqꝫ turpib⁹
aut impudētib⁹ preſit. Qui obediūt ho-
norētur. Inobediētes expelle/xenodo-
xia cōſtitue ꝑ ſingulas ciuitates: vt nr̄a
peregrini clemētia perfruātur nō tm̄ no
ſtri ſed etiā extranei pecunijs idigētes.
Et vt habeas vnde fiat. Interim decre-
ui ſingulis āńis triginta milia modios
tritici ꝑ vniuerſāꝫ dari galaciā ⁊ ſexagin
ta milia vini ſextarios. Horū quinta ps
pauperib⁹ tēpla obſeruātib⁹ dꝫ expēdi.
Reliqua peregrinis:indigētibuſqꝫ diſtri
bui. Turpe nāqꝫ eſt vt iudeos quideꝫ nō
abijciāt:ſed potius nutriāt impij galilei
⁊ ſuos pariter necnon etiam noſtros/no
ſtri vero noſtroꝝ ſolatio deſerātur. Qua
propter doce etiā collationes facere pa-
ganos ad talia miniſteria: paganorūqꝫ
vicos offerre dijs primitias frugū:eoſqꝫ
huiuſmodi benefactis inſtitue/docens
eos hoc opus olim fuiſſe noſtrorum. Ho
merus em̄ hoc ꝓbat:introducēs Eume-
nū talia faciētē. Nos ergo neqꝫ bona no
ſtrorum imitamur:ſed alijs remittimus
negligētia nō confuſi/magis aūt deorū
reuerētiā reſpuētes. Si igiť hec te faciē
tem ego cognouero letitia plenus ero.
Preſides prouinciarū rarius domi ſuſci
pe/frequēter eis ſcripta tranſmitte. In-
gredientibus eis ciuitatē ſacerdotū nul-
lus occurrat. Cūqꝫ ad templa venerint
deoruꝫ intra ianuas eos nemo precedat
militū forte aut precedētiū officiorū/ſed
ꝗ voluerit ſubſequatur. Cū ad ipſum li-
men tēpli peruenerit priuat⁹ exiſtat. Tu
em̄ ſicuti noſti intus es iudex. Hoc enim
etiā ſacra ſanctio videť exigere. Obediē
tes igiť ꝓ veritate pij ſunt. Reluctantes
vane glorie cōprobātur. Quid em̄ patia
tur aut qđ mereať auxiliū ꝗ matrē deo-
rū ꝓpitiā habere noluerit? Qui ergo ea
neglexerint non ſolū ſine q̄rela erūt/ſed
etiā nr̄e indignationis impetū ſuſtine-
būt. Neqꝫ enim fas eſt vt illi parcatur ꝗ
deos habuerit inimicos. Suade ſiquidē
eis vt ſi mea volūt frui tuitione oēs ma
tri deorum ſtudeant offerre culturam.

Capitulum. xxx.

A

HEc itaqꝫ facii-
ens iperator ad deſtructio-
nē chriſtianoꝝ neqꝫ ſuadere
ſubiectis ꝑualuit ⁊ aperte vi
referre palā erubuit Inter hec vt ad pa
ganitatē milites inſueſcerēt/ſtuduit ad
priſcū ſcema reformare ſignū illud ſubli
mius romanorū/qđ cōſtātinus ſicuti p̄-
dictū eſt i crucis formā mutauerat verū
in publicis imaginibus depingebat io-
uem quaſi de celo ſibi coronā ⁊ purpurā
deferētem. Mercuriū ⁊ martē in ſe reſpi
ciētes:velut ꝓ teſtimonio ſapiētis ⁊ for-
tis. Et hoc agebat in ymaginib⁹ vt ſub
occaſione imperij latēter adorarētur dij:
et hoc mō ſubiecti clāculo fallerētur. Ar
bitrabať em̄ q: ſi hoc ſpōte eis iponeret
poſtea q̄ vellet impleret. Si vero reſpuē
tes agnoſceret venia ſublata torqueret
tāqꝫ circa romanorū ſolēnia reluctātes:
⁊ i republica atqꝫ ipſo imperio delinquē
tes. Pauci ſiquidem etiaꝫ penes ſubditi
cognouerunt dolum:q: ſicut moris erat
adorare noluerant. Turba vero vt aſſo-
let per ignorantiam ſimpliciter ymagi-
nes adorabant. Quod tamen imperato-
ri nil profuit. Cumqꝫ multa excogitaret
quibus paganorū ritus extolleret inue-

ſit modū ꝗ pluribꝰ militibꝰ xp̄ianis cla=
re virtutis coronā dedit. Cū veniſſet ita
ꝙ tēpꝰ quo imꝑialia milites ſolēt dona
ꝑcipere:hoc em̄ agit plerūqꝫ die kalēda
rū ianuariaꝝ:ꝛ natale principū: et vrbiū
regiarū exq̄ſiuit quatinꝰ eos ſimpliciter
ꝛ ex priſca cōſuetudine fallere potuiſſet.
Juſſitqꝫ ad manū imꝑatoris accedētium
ammonitus officijs primo incēſuꝫ offer=
ret.Erat em̄ añ eū poſitū thus ꝛ ara ſcdꝫ
antiquā romanorū ſolēnitatē. Tūc q̀deꝫ
alij quidē licenter ſuā fortitudinē oſtēde
rūt.⁊ vneqꝫ incenſum offerre neqꝫ donū ac
cipere ab imꝑatore ſunt paſſi. Alij vero
occaſiōe legis ꝛ antiquitatis neqꝫ mente
ꝑceperūt qđ cōmiſere peccatū. Uerū alij
ꝓpter lucrū capti aut timore turbati:ſeu
iuſſiōe repentina cūcluſi:lꝫ intellexerint
tñ paganitatem declinare nequiuerūt.
Plurimi ſiquidē ꝑ ignorātiaꝫ decepti vt
inter cibos vt aſſolet ꝛ pocula inuocarēt
inter alterutros xp̄m:reſpōdēs quidā di
xit.Quid patimini inuocātes xp̄m quem
añ paululū denegaſtis dū donum ab im
peratore percipiētes thus in igne mitte
retis?Cūqꝫ hoc milites audiſſent:ꝛ quod
geſſerāt agnouiſſent: ſtatim exiliētes pu
blice currebāt:atqꝫ impetu facto clama=
bāt deūqꝫ ſuū:et cunctis hominibꝰ teſta=
bant ſe eſſe chriſtianos ꝛ in eo noīe ꝑma
nere:atqꝫ ꝑ ignorātiam ſe feciſſe:ꝛ ſi dici
poſſet ſolā manū paganā eſſe: cōſciētiaꝫ
ꝟo nihil ſimul egiſſe. Cūqꝫ veniſſent ad
principē ꝓiecerunt aurū qđ acceperāt et
forti voce poſcebāt vt reciperet quod de
diſſet,et illos occideret.Se em̄ penitētiā
agere fatebant eo ꝙ improuide coꝝ dex
tera peccaſſet:ꝛ ſtudere ꝓpter chriſtū to=
tū corpꝰ pene cōtradere. B ¶Theo
doricus. ¶Hec igit furorem mouerunt
imperatoris. Et primo quidem eorū ca=
pita iuſſit auferri. Cunqꝫ deducerentur
ad morteꝫ ſequente populo:miratiqꝫ vir
tutem eorum proprietate ſuſceptam/ve
nerunt ad locum quo rei puniri ſolent.
Tunc ſpiculatorem rogauit ſenior om=
nium vt ante omnes caput cuiuſdam no
mine romani adhuc adoleſcentis abſci=
deret/ne:dum alios reſpiceret frangere
tur Cunqꝫ ille genua fixiſſet in terra et
gladium ſpiculator euaginaſſet/venit
repente nuncius clamore prohibens ne=
cem. Porro iuuenculus ille ait occiſione
priuatus.Non fuit romanus dignus vt
chriſti martyr appellaretur:et licet ſan=
guinem malignus imperator fundi pro=
hibuiſſet ductus inuidia veruntamē nō
eos in ciuitatibus habitare permiſit.ſed
ad vltima romanorum loca exilio deſti=
nauit ¶Sozomenus ¶Poſtea ve=
ro precepit vt qui ſacrificare noluerint
in palatio non intrarent/et neqꝫ colle=
gio neqꝫ foro eos neqꝫ arbitrio neqꝫ vlla
dignitate:nec qualibet amminiſtratiōe
participare iuſſit. ¶Theodoricus.

¶Capitulum.xxxi.

Cum igitur iu=
lianus apud pythyū dafneū
peteret reſponſa de parthici
belli victoria:et ille vicinita
tem corporis babile martyris accuſaret
iuſſit eius corpus auferri.Ob quam reꝫ
cū chriſtiani feſtiuitatē deducto corpore
pſallentes agerent ꝛ indignatione prin=
cipis q̄dā theodorꝰ iuuēculus multa paſ
ſionū tormēta pertuliſſet.Hoc ita geſto
fallax demō martyris q̀dē gloriaꝫ auxit
ſuū ꝟo mēdaciū clarius enudauit. Ful=
mē nāqꝫ celitus miſſum oē tēplū accen=
dit ipſuꝫ phiticij appollinis ſimulachꝛū
redegit in puluerē.Erat em̄ ligneū ꝛ ex=
trinſecus deauratū.Quod noctāter pre=
fectus oriētis tūc noīe iulianꝰ iuliani ci=
uis agnoſcēs:feſtināter venit ad dafnen
volēs referre deo ſua ſolatia. Uidenſqꝫ
eū redactum in cinerem choros verberi=
bus affligebat:credēs hoc ab aliquo chri
ſtiano fuiſſe cōmiſſum.Qui licet torque
rētur tamen mentiri noluerunt clamā=
tes incēdiū nō deorſuꝫ ſed de ſurſum ha
buiſſe principiū.Ad hec etiā ruſtici vici=
norū venientes locorum dixerunt ſe vi=
diſſe fulmen celitus fuiſſe delatum.

¶Capitulum.xxxij.

Interea iubent
vaſa eccl̄iaꝝ ſacra fiſci erario
deputari. Sublatiſqꝫ ianuis
eccl̄ie maioris fit cunctis ac=
ceſſibile ſanctuarium.Ingrediente ſiqui
dem iuliano prefecto orientis eccleſiam

